540. e. 6
3



GALENI

PERGAMENI DE
ſymptomatum differentijs liber unus.

EIVSDEM DE SYMptomatum cauſis libri tres
Thoma Linacro Britanno interprete.

⁂

K

cem
maxi
rum
erudi
undi
erudi
tuten
riem
mus,
re aff
quen
lumi
tacēd
comn
utriu
tium
(dum

STVDIOSO LECTORI.

VIX POTEST EXPLIcari ſtudioſe lector, quam elegans et eruditum de ſymptomatis opuſculum in manibus habes. Cuius elegantiam ut mira uoluptas, ita multiplicem et uariam eruditionem fructus haud dubie maximus comitatur. Galenus enim ipſe medicorum princeps, ſui nuſq̃ diſſimilis, immenſam ſuę eruditionis ſupellectilem tanta gratia et ornatu undiq; condire ſolet, ut paſſim eloquentiam cum eruditione cõtendere dicas. Vt enim orationis uirtutem et perpetuam illam commentariorum ſeriem (quæ hic non deſyderabis) cõſulto prætereamus, admiraberis haud dubie cauſas omnium fere affectionum corporis humani, ueluti oceanum quendam naturalis diſciplinæ in tam exiguo uolumine potuiſſe deſcribi. Huc ſpectat, ne interim tacẽdum eſſet, quantis linguæ latinæ delitijs hos commentarios Linacrus dudum donauit, uir ut utriuſq; linguæ doctiſſimus, ita reconditarum artium cum primis eruditus, qui ſtudioſos omnes (dum uixerat) ad meliorem illam mentem non modo adhortabatur, uerum etiam maximis muneribus et fouere et alere ſolebat, ut non immerito tanq̃ alter Mecœnas doctis hominibus haberetur. Ille ſuis lucubrationibus et uigilijs fortaſſis in non paruum ſuę ualetudinis diſpendiũ noſtræ conditionis miſeratus, tantum de re medica meritus eſt, quantum noſtri ſeculi nemo alius, quippe qui meliorem partem medicinę e gręco ĩ latinum rara felicitate uerterit. Quatuordecim enim libros de methodo medendi, de ſanitate tuenda ſex, de naturali facultate tres, de temperamentis tres, de inequali intemperie unum, de uſu pulſuum unũ, cum his de ſymptomatis ſumma ſui ingenij fœtura, tam latine uertit, ut non melius aut elegantius græce eos olim Galenus ſcripſerit. Multa item alia a ſe uerſa reliquit, quæ, quod ante obitum non erant ædita, uerendum eſt ne in manus ſtudioſorum nunq̃ exeant. Grammaticam uero abſolutiſſimam paulo ante mortem calcographis excudendam commiſerat. In quibus ut cæteris omnibus ſatiſfaciebat, ita ſibi fere nuſq̃, utpote qui per ualetudinem, qua multis annis parum erat proſpera, otium illud literis dicatum uel minutatim concidere cogebatur. Ex huius hominis interitu res medica tantam iacturam paſſa eſt, ut ſuo iam patrono uidua prope elangueſcat et periclitetur. Bene precamini ſtudioſi lectores animæ huius de re literaria tam bene meriti, qui ad hæc tum Oxonij tum Cantabrigiæ ſuis impenſis publicas lectiones medicinæ ſtudioſis perpetuo futuras, eaſq; honorificis ſalarijs ſuſtinendas curauit, quo ars una generi humano maxime neceſſaria, iam diu prope extincta, ueterem illum ſuum nitorem reſumat et aſſequatur.

Vale.

INDEX ERRATORVM.

Folio.	Pagina.	Verſu.	
iij	ij	xix	oportet ijs. deme ijs.
v	ij	vij	ſinglas lege ſingulas.
vj	i	ix	alteræ animi lege alteræ animæ.
vij	ij.	i.	cohibito lege cohibitio.
eodem	ij	xv	cacophomas lege cacophonias.
ix	i	xij	methodus uero hic lege. uero hæc.

INDEX ERRATORVM.

Folio.	Pagina.	Verſu.	
x	ij	ij	ſolam mutationem deme mutationem.
xij	ij	v	trix aut lege autem.
eodem	ij	xxv	niſi ſi deme ſi.
xiiij	ii	xviij	id in temperiei lege. intemperiei.
xvi	i	x	colori habitu lege halitu,
eodem	ij	xx	ſeorſum lege ~~ſenſum~~, [illegible]
xx	i	ix	maioris lege minoris.
eodem	i	xxj	Cęterum nimis le. minus,
xx	ij	xij	acernantur lege aceruantur.
xxj	i	iiij	pe uulnus lege per.
xxij	i	xvij	exceeſcerut lege exceſſerunt.
xxvj	i	ij	proceſibus lege proceſſibus.
xxvij	i	xx	conſtructi lege conſtricti,
xxviij	i	xiiij	vim diſtat lege diſcat.
xxxj	i	xiiij	tum in ſaturum le. futurum,
xxxiiij	i	xx	immodicum lege. immodicam.
xxxv	i	xix	vacuatarum lege. uacuatorum.
xl	ij	xxiii	ſingillatim le. ſigillatim,
xlij	ij	xx	earum lege eorum.
xliiij	i	xij	conuulſinus lege conuulſiuus.

xliiij

INDEX ERRATORVM.

Folio.	Pagina.	Verſu.	
xliiij	i	xxv	membru lege membrum.
xlviij	i	xiiij	faterim lege fateri.
xlviij	i	xv	quem lege quam.
l	i	xj	naturilibus lege naturalibus.
lij	i	xx	temperie le. intemperie.
liiij	ij	xiij	inuenis lege in uenis.
lxij	i	xxj	epilepſes lege epilepſie.
lxxij	ij	xix	acuſſi lege acutiſſi.
lxxiij	ij	xvij	ſanguis lege ſanguinis.
lxxx	ij	xix	conuixi lege connixi.
lxxxij	ij	v	conuenient le. conniuent.
lxxxiij	i	xxiiij	quod nutritur nutrimen- le. id quod nutrit, halitus.
lxxxiij	ij	xxiij	q̃diu lege q̃ diu.
lxxxv	i	x	corporum lege corpora.
lxxxv	ij	iij	exanimarim lege. examinarim.

GALENI PERGAMENI DE SYMPTOMATVM DIFFERENTIIS LIBER VNVS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE

QVINAM ET quot numero morbi ĩ uniuerſum ſint tam ſimplices q̃ compoſiti generatim mẽbratimq; diuidentibus, quot item cuiuſque generandi ſint cauſæ, alijs commentarijs prodidimus. Reliquum eſt de ſymptomatis diſſerere, quo de affectibus qui præter naturam ſunt, oĩs nobis abſoluatur diſceptatio. Omnis igiť corporis affectus qui a naturali ſtatu receſſit, uel morbus eſt, uel morbi cauſa, uel morbi ſymptoma. Quod etiam pathos et pathema græcis noĩare in uſu eſt. Sane non idem omnino ſignificatur per iam dicta noĩa, ſed ſicuti ipſe nũc diſtinguam, de oĩbus deinceps quæ propinqua inter ſe ſunt, ad hunc modum diſſerens. Ergo dictum eſt morbum eſſe corꝑis ſtatũ quendam prętęr naturam, a quo functio lęditur primũ. Conſtat autem, et ſi eum eſſe affectum quendam præter naturam dixerimus a quo actio lęditꝛ, idem dicturos. Siquidem omne quod eſt, ſiue id ſanum

ſit, ſiue ægrũ, quodammodo afficit̃. Ab afficiendo
Affectus. uero affectus nomen eſt ortum. Atq; in hũc uſum
non ab antiquis modo philoſophis, ſed etiã alijs
hoibus tractũ. Et affectus quidem tum eorũ qui
Morbus. ſani, tum qui ęgri ſunt, oim eſt cõmune. Morbus
aũt ſanitati cõtrariũ. Diſſidet ab utriſq; ueluti Pla-
Pathos. Pathema. to ipſe definiens prodidit: qđ græce pathos et pa-
thema dicitur (latine paſſionem appelles). Quic-
quid enim patit̃ quis, pathos ſiue paſſio eſt appel-
Paſſio. landum. Eoq; arbitror ſenſuum quoq; alteratiões,
pathemata ſiue paſſiones appellauit. In uiſu qui-
dem eas quæ ab albo, nigro, flauo, et cæteris colo-
ribus fiũt. In tactu, quæ a calido, frigido, humido,
ſicco, molli, duro, cæteriſq; id genus. Ad eundem
modum et in ſingulis reliquorum ſenſuum. Nomi
nat aũt is et uoluptatem paſſionem, omnemq; in
ſumma motum, quicunq; ab altero fiat in alterum.
Actio qđ. Quippe agentis motus actio eſt. Eius uero quod
Paſſio qđ. ab eo eſt affectum, paſſio. In ſummaq;, ipſum affi
ci, idem qubdãmodo qđ pati eſt. Differtq; ab affe-
Affectus. ctu affectiõe ue, motu. Quippe ceſſante eo quod
alterabat, alteratio quæ in paſſo iam remahet, affe-
ctus eius eſt. Ita ſcilicet ut in ipſo uerti et mutari et
alterari et moueri, paſſio gñationem habeat. In eo
uero quod manet, et in ſubiecto corpore reſeruat̃,

affectus conſtat. Iam ipſum quoq; permanentem affectum Gręci paſſionem nominãt, ueluti etiam quod iam fecit, nec etiã num facit, cauſã. Quanq̃ neq; hoc abſoluto ſermõe cauſa eſt, nec affectus q manet, abſoluto ſermõe paſſio. Sed exacte loquẽti, affectus paſſio eſt iam facta, non aũt quæ adhuc fit. Quod aũt gręci ſic noiare cõſueuere, in libro de medicis nominibus a nobis eſt monſtratum. Cuius memores, id agẽdum, ut (quod a nobis ſemper eſt dictum) de noibus q̃ primum inter nos conueniat, Ad res autem ipſas properemus, in iiſq; moremur. Verum pleriq; eorũ qui ſibi doctrinã uindicãt, contra faciũt. litigando enim de noibus totam uitam cõterũt. Quare ad finem artis attingere nunq̃ poſſunt. Quid nam igit̃ eſt agendum ei qui ueritatis eſt ſtudioſus? Nempe res ipſas quæ inter ſe natura ſũt ſimiles, eoq; minus aduertunt̃, oſtendere. Dein noia iis imponere, potiſſimum quidem ſi potis eſt, quæ maxime ſint in uſu. Sin hæc non nouit, apta fingere. Ante oia uero ſingulis rebus ſingula. ne qua in ſermone, uel obſcuritas ex omonymia naſcat̃, Indeq; ſophiſmata oriantur, uel res ulla omittatur. Illud uero recte ne an non recte, et proprie an improprie nomen ſit poſitum, per longius ocium eſtimare, cum res ipſas iam itellexerimus.

mus. Quippe in harum cognitiōe ſucceſſus operis cōſiſtit, non in noībus. Ac nos quidem ſicuti dixi, tum conſueta uulgo noīa rebus imponimus, tum res quæ inter ſe ſunt uicinæ, diſtinguimus. Cæteris noīare quidem ſicuti libet ꝑmittimus, rem aliquam indefinitam reliquere, non permittimus. In ijs namq; ipſis quæ ꝓpoſita nūc ſunt, qm̄ id quod in ipſa corporis cōuerſiōe et mutatiōe et qualicūq; alteratione conſiſtit, diuerſum eſt ab eo qđ iam factum eſt, et ſubſiſtit, Eius aūt qđ factum eſt, aliud naturalem actionem efficit, aliud eam ledit, quod in ipſo (ut ſic loquar) fieri eſſentiam habet, actionem, paſſionemue nominauimus. Quod in permanētia ad aliqđ tempus, ſanitatem morbumue.

Sanitas. Morbus. Paſſio. Actio.

Paſſionem uero ab actione diſcreuimus, tanq̄ qđ fit, ab eo quod facit, ſicuti morbum a ſanitate, ueluti id quod præter naturam eſt, ab eo qđ ſecundum naturam. Rurſus igit̄ integris horum orationibus poſitis, deinceps quæ reliqua ſunt ꝑſequamur.

Sanitas quid.

Sanitas eſt naturalis affectus, functionis effectrix. Nec intereſt an affectum ſtatumue qui actionem efficiat dicas, an actionis cauſam. Simili modo nec ſi illud naturale auferes, quicquam referet. Adſignificat̄ enim in reliqua oratione.

Morbus quid.

Ita ſane et morbus, ſtatus corporis eſt extra naturā, uiciatq;

actionis cauſa. Vel breuius ad hũc modum. Morbus eſt affectus prȩter naturam qui actioni officit.

Paſſio qd.

Paſſio motus in materia qui fit ab agente.

Actio qd.

Ipſe uero agentis motus, actio.

Cauſa qd.

Quod autem ex ſua natura ei quod fit partem aliquam generationis cõfert, cauſa ipſius dicit̃.

Cauſæ genera.

Porro hui⁹ multa ſũt gña. Nam et materia et utilitas et ſcopus et inſtrumentum et unde motus initium. Singula enim horum, ei qđ fit, perfectionis aliquid conferunt. Quæ uero nihil cõferunt, ſed tamen ab ijs quæ conferũt ſe iungi non poſſunt, hæc eius quod ſine quo non, rationem obtinent. Sane hæc cũ ita ſe habeãt, fieri ſubinde poteſt, ut cauſarum quæ ſe deinceps excipiãt, ſeries quædam exiſtat. Non aliter q̃ ſi calculis aliquot deinceps poſitis, primum eorũ moueat quis, ac primus ſecundum, & ille tercium, atq; ita deinceps, unuſquiſq; eum qui ſibi ſuccedat. In talibus aũt oĩbus niſi quis id quod per ſe facit, ab eo quod ex accidenti facere dicitur, diſtinguat, plurimi abſurdiſſimiq; errores in diſputatione cõtingent.

Per ſe qd.

Significat autem p̱ ſe idem quod primum. Tametſi Atticizantium quidam nõ ita particulam uſurpẽt.

Ex accidẽti quid.

Ex accidenti uero idem quod ſecundo loco. Igitur qui primo calculo digitum admouet, Primum quidem hunc mouet, ex accideuti uero ac ſecundo loco, eum qui illi ſuccedit, atq; ad eum iam modum reliquos oẽs. Pari modo primus quoq; ſecundum quidem mouet per ſe, ex accidẽti uero, tercium, et qui reliqui ab hoc habẽtur. Iam ſecundus ipſe pro eadem ratione, primo ſiue per ſe mouet tercium, ſecundo loco quartum et quintum, et ſi qui ſunt deinceps. Quod ſi diligẽtius adhuc diſtinguere libet (quippe ad exquiſitiorem rei noticiam ſic pręſtat) quiſq; calculus eũ qui ſibi deinceps habet̃, primũ mouet. Secuudo eũ qui poſt hunc, et tercio adhuc, eum qui poſt illũ, et quarto, eum qui huic eſt deinceps. His ita ſe habẽtibus ac definitis qm̃ morbus affectus quidam eſt pręter naturam qui actioni incõmodet, morbũ aũt ipſum pręcedere poteſt affectus alter, qui etiam præter naturã ſit, non tñ ſecũdum ſuã ipſi⁹ finitionem actionem labefactet, ſed morbi interuentu, talem affectum non morbum ſed cauſam qui morbum pręcedat appellabimus. Quo loco diligenter animum ad eos, aduertamus oportet iis qui illũ quoq; affectum ledendæ actionis cauſam dicunt. Non enim per ſe aut primum, ſed ex accidẽti, & ſecũdo impediri offendiq; ꝑ eum actionem dicemus. A morbo uero ipſo primum et ſecũdum ipſius ſubſtãtię orõnem. Ita cum dicitur, morbus eſt corporis affectus qui actionem uiciet,

Morbi cauſa quæ.

ijs qui ſtatim ſubaudiũt quod primum et ex ſeipſo id facit, ſufficiẽs eſt definitio. Si qui uero uel minus dextere uel cõtentioſius inaudiũt, ijs adijciendũ in orõne eſt, primũ, quo talis ſit finitio. Morbus eſt affectus corꝑis actionem aliquã uitians primum. Quotquot igiť affectus hũc pręcedũt, ij morbi nõ ſũt. Quod ſi ulli alij cũ ijs affectus incidãt, q̃ ipſos ueluti umbrę ſequanť, nec hos morbos uocabimꝰ, ſed ſymptomata. Ita non ſtatim quicq̃d eſt in corpore præter naturã morbũ uocabimus. Sed id q̃d primũ actionem uiciat, morbum. Quod hũc præcedit, morbi cauſam, non aũt morbũ. Quod ſi quis alius affectus in corꝑe morbũ ſequiť, is ſymptoma dũtaxat diceť. Quinetiam actionis ipſius lęſio, ſymptoma aïalis eſt. Quicquid nanq; aïali præter naturã accidit, ſymptoma eſt. Ac noïm q̃dem uſus ita ſe habet, quæ tñ mutare dũmodo res ipſę (ſicut prędictum) eſt maneant immotæ ei qui uolet licebit. Verbi grã. Si cui non placet ſymptoma uocaſſe, ſed epigennema, quaſi ſuperueniẽs uel ſuꝑgenitũ dicat. Symptoma eni eſſe, q̃cq̃d præter naturã aïali accidit. Epigennema uero quod ſolos morbos neceſſario ſequiť. Verũ nos (ſicuti dixi) oẽm alterationem quæ adhuc fiat, paſſionem: oïa uero quæ in corꝑe præter naturã ſubſiſtũt, noïauimꝰ ſymptomata.

Symptoma.

Acciderq; aliquoties eandem rem et paſſionem et ſymptoma nominari. Quod ſcilicet utriuſq; ſignificatum (q̄q̄ ſecundum aliam atq; aliam orationem) illi inſit. Verbi gr̄a. Ipſum tremere, pati eſt, ꝓpterea ꝙ tum alterari, tum moueri particulā aliter q̄ pro ſuę naturalis actionis ratione cōtingit. Pręterea tremor paſſio, ꝓpterea ꝙ talis motus alteratio eſt. Idem etiā tremor ſymptoma eſt: ꝓpterea ꝙ motus eſt præter naturam. Quod ſi alteratio ſolum eſſet, qualis in uidendo, audiēdo, odorando, guſtando, tangendoq; intelligitur, paſſio tantum nominaret̄. Non etiam ſymptoma. Symptomatis enim id propriū eſt, ut ſit præter naturam. Quo fit ut in formis oībus quæ a naturali ſtatu ſunt immutatæ conſiſtat. Siquidem in figuris naturalibus et coloribus, et magnitudinibus, et actionibus, et paſſionibus, ubi corrumpuntur, exiſtit. Eſtq; hæc eius maxime ꝓpria finitio, mutatio a naturali ſtatu. Quid igit̄, num et morbus mutatio naturalis eſt ſtatus? An non tantum mutatio, ſed mutatio quædam. Symptoma uero tantum mutatio eſt. Quippe naturali in affectibus ſtatu mutato, actionemq; lædente, morbus exiſtit. Duoq; hæc quo morbus ſit oīno exigūtur, ut in genere ſit affectus, et functionem lædat, Quorū neutrū ſymptomati

neceſſario

Symptomatis maxime propria finitio.

Neceſſariæ cōditiōes morbi.

neceſſario adeſt. Quippe quod licet neq; affectus ſit, nec actionem aliquã lędat, tamen eo ſolo quod præter naturam ſit abũde definietur. Atq; a morbo quidem ea ratione differt. A paſſiõe uero, eo q̃ hæc omnino ſit in motu, interim uero et ſecũdum naturam. Symptoma non ſolum in motu, ſed etiã in habitu quodam et permanẽtia, omnino autem præter naturam. Erit igit̃ paſſio, alteratio motusue circa materiam, adhuc (ut ſic loquar) fiens. Affectus uero poſt manẽs. Symptoma, omne quod animali præter naturam, incidit. Qua ratione morbus quoq; ſub gñali ſymptomatis appellatiõe ueniet. Eſt enim is quoq; ad quendam modum ſymptoma. Quinetiam præcedentes morbũ in corpore aĩalis cauſæ, ſub gñali ſymptomatis notione cadunt. Ac de ijs quidem iam dictũ eſt. De proprie uero dictis ſymptomatis ĩ hoc opere diſputare paramus. Eſt porro horum triplex differentia. Alia nãq; ipſius corporis noſtri ſunt affectus. Alia functionum offenſæ. Alia hæc ambo comitãtia, idq; tum in excremẽtorum exceſſu, tũ in his qui in ipſo aĩali eduntur ſonitibus, tum etiam in reliquis quæ ſenſibiles ſunt differẽtijs oĩbus. Sub leſionis autem ſiue offenſę nomine, nunc priuatio quoq; mihi inaudiat. Non enim difficultas modo motus, quam

Symptomatis a paſſione differẽtia.

Sub gñali ſymptomatis nomine Quæ.

In hoc opere de proprie dictis ſymptomatis agi.

Triplex ſymptomatum dr̃a.

Græci diſcineſian uocant, neq; difficultas ſenſus quam diſęſtheſian appellant, uicia quædam actionum ſunt, ſed etiam immobilitas et inſenſibilitas. Ad eundem modum nec mala ſolum cõcoctio, ſed etiam cruditas. Atq; hæc quidem gña ſymptomatum ſunt. In quibus æſtimandę ſunt membratim differẽtię, quarum ſinglas ꝓſequi ſermone deinceps cõueniet. Illo primum admonito, quod in libro de morborum differentijs diximus. Nempe qui ſanitatem nõ eſſe affectũ corporis, unde actio ꝓficiſcatur, ſed ipſas actiones putarũt, hos utiq; quam nos nũc doctrinã in ſymptomatis de actionum leſione tradimus, ĩ morborum eſſe doctrina tradituros. Cõſtatq; a nobis ſi modo nihil in ipſis rebus errabũt, de ſolis nominibus eſſe diſſenſuros. Oriũtur aũt (ut ſæpe dictum eſt) huiuſcemodi doctrinarum errores ex omittenda quapiam differentia. Itaq; ſi differentias oẽs percenſentes, non eſſe eas ſymptomatũ, ſed morborum dicant, in noie tm̃, non re, a nobis diſſentiẽt. Ergo dicendæ differentię nobis iam ſunt, diſputatione ad principium reuocata. Quoniã ſymptoma generatim quidem appellat̃ quicquid aiali præter naturam cõtigit, ita ut tum morbi ipſi, tum morborum cauſæ quæ ſcilicet intra corpus ſubſiſtũt, non quæ extra habent̃,

De ſymptomatum differentijs.

ſymptomata ſint. Altera uero ſignificatiõe ac ueluti magis, ꝓpria detractis tum morbis tum eorum cauſis, reliqua oia quæ præter naturã ſunt ſymptomata nominãtur. De quibus nunc agere nobis eſt ꝓpoſitum. Ergo repetita iam eorũ triplici natura, deinceps oia diuidemus. Ab actionum leſione auſpicati. hęc ergo diuidẽda eſt primum in duo gña, ꝓpterea nimirũ quod actionum ipſarum duę ſunt primæ differẽtiæ. Alteræ animę. Alteræ naturæ, Itaqꝫ etiam appellant̃, illę quidem aiales, hę naturales. Rurſus igit̃ animales primũ diuidẽtes, in ſenſibiles Motiuas, et tercias rectrices. (Neqꝫ enim incõmodum eſt ita clarioris doctrinæ cauſa eas nominaſſe) iterum earũ quanqꝫ in ſuas differẽtias diducamus. Senſibilis igit̃ animæ functio, quinqꝫ in totum habet differẽtias, uiſinas, olfactorias, guſtatorias, auditorias, et tactorias. Motiua uero actio cõtinuatum ſibi inſtrumentum unum habet, motioniſqꝫ eius rationem unam. Demonſtratum enim ideſt in libris de muſculorum motu. Variat̃ aũt in particularibus inſtrumẽtis, ita ut uarias habere ſpecies uideat̃. Reliqua aialis actio quæ a rectrice parte procedit, in Imaginatricem ratiocinatricem et recordatricem diducit̃. Ergo etiam noxæ oim ſentiendi actionum, cõmunes quidem inſen-

De proprie dictis ſymptomatis.

Diuiſio actionis leſæ.

Actionum differẽtia duplex.

Aialis actionis differentiæ.

Senſibilis functionis differẽtię.

Motiuę actiõis ratio vna.

Rectricis actionis differẽtię.

Sentiendi actionum noxę.

ſibilitas et ſenſus uicioſus ſunt. Voco aũt nunc ſenſum uicioſum oẽm qui ꝑperam obitus eſt ſenſum. In parte uero quæ in quoq; ſũt ſenſu, In oculis quidem cecitates et uiſus obſcuritates et deprauatioẽs quaſdam. In auribus ſurditates et auditus grauitates et obauditiones quaſdam. Simili modo in lingua, naſo, et tactu, tametſi ꝓpria noĩa ſortita non ſunt, tamen reſpondẽtia prædictis ad portionem habent. Qñ uel prorſus non ſentiũt ꝓpria ſenſibilia, uel cum uicio ſentiũt. Eritq; illud, cum uicio duplex, Alterum diminute et cõfuſe. Alterum deprauate, porro tactus ęgregium pręter cæteros ſenſus in actiõe ſua ſymptoma poſſidet dolorem, qui etiã reliquis ſenſibus, ſed tñ ab exrernis ſenſibilibus incidit. Huic uero non ſolum ab externis, ſed etiam multo magis ab affectibus qui intra corpus conſiſtũt. Iſq; ſubinde tam uehemẽs, ut non nulli cruciatu uicti, ſibi ipſis mortem conſciſcãt. At ſentiunt quidem et oculi ex lucis ſplendore dolorem quendam, et aures ex magno quopiam et aſpero ſono. Sic in guſtu quoq; et odoratu alij tales incidũt dolores, a ꝓprio ſcilicet ſenſibili uno quoq; ſenſu male affecto. Maximi uero dolores tactus ſenſui contingũt. Quippe qui ex aurium phlegmone alio ue affectu uehemẽter nos angunt, ij proprij auditus dolores

Duplex vicioſum.

Dolor in tactu pręter cæteros.

Reliquoꝝ ſenſuum dolor ab exterius.

Maximos dolores in tactu eſſe.

dolores non ſūt, ſed tactus. Eſt enim is ſenſus omnium ſenſoriorum cōis, reliqui quatuor ſui quiſq; ſolius. Ad eundem modum in oculis non raro dolores immodici urgent: tangēdi ſcilicet in his ſenſu cōtriſtato. Non minus etiam in dentibus et craſſo inteſtino. Iam pruritus quoq; ex hoc gñe ſymptomatum eſt. Non eſt igit̃ quod ꝑ quodq; membrū proprium nomen queras, qualia ſūt cephalalgia .i. capitis dolor, et cardialgia .i. cordis dolor. Non enim inuenies poſitum, ſed oratione oīa talia explicaſſe contentus eris; ueſicę et renum et lienis dolores, Item genuum et pedis, cæterorumq; ad ſimilem modum dolores appellās. Ac talia quidem et tot numero ſenſibilium actionum ſūt ſymptomata. Ad hæc etiā duo egregia, ſopor et peruigilium circa primū ſenſorium, quod oīm ſenſuum eſt cōe, cōſiſtūt. At motiuarum actionum prima ſymptomata ſunt immobilitas et uicioſa mobilitas. huius autem alius diminutus infirmuſq; motus eſt. alius prauus. Praui aūt, alius tremulus, alius conuulſiuus, alius palpitans, alius uibrans. Horum ſymptomatum aliqua ubi in toto corꝑe cōſtiterūt diuerſam appellationem ſunt ſortita, ueluti emproſthotonus et opiſthotonus et tetanus. Quod ſi totius corꝑis nō ſolum cōuulſio ſit, ſed etiam rectri-

Tactus omnium ſenſoriorum cōmunis.

Soporem et peruigilium i primo eſſe ſenſorio.

Motiuę actiōis ſymptomata.

Praui motus differetię.

Epileſia. Apoplexia.

cis partis actionum cohibitio, epilepſia dicit̃. Sicu apoplexia cũ eſt neruorum toti⁹ corpis reſolutio una cũ rectricis partis fũctionibus cohibitis. At hęc quidem motiuarũ actionum ſunt uicia. Quorum ſi quod proprium pręter cętera nomen habe non eſt ꝙ quiſꝗ eius occaſione deceptus, aliquod ſymptoma præteritũ a nobis putet, ueluti nec ue apnęan et dyſpnęan, uel iſchurian et diſcurian, ue aphonian et diſphonian. Sed ipſi oia talia in quaq aialis actione ſunt exploranda. Non minus etiam cuiuſq; eorum differẽtiæ. Verbi gr̃a, cum dyſpnę unum ſit aialis operis, nempe reſpiratiõis ſymptoma, quot ſint in uniuerſum eius differẽtię. quemadmodum in libro de dyſpnęa eſt indicatum. Aut cacophonias, quot item membratim habeantur differẽtię, ueluti in his quæ de uoce ſcripſimus, eſt traditũ. Sane non raro dubitauerit quiſpiam, cuius generis ſymptoma ſit, ueluti de pandiculatiõe et oſcitatione ſternutationeq; et tuſſi accidit. Verum de eiuſmodi oĩbus ꝓximo libro, qui de ſymptomatum cauſis aget, diſſeretur. Proximum eſt, ut rectricis actionis offenſas narremus. Ac primũ Imaginatricis. Eſt igit̃ huius quoq; alia, ueluti paralyſis ſiue reſolutio quædam, quam Græci Karon et catalepſim nominãt. Alia ueluti prauus quidã

Dubitari poſſe de ꝗbuſdam cui⁹ generis ſymptomatũ ſint.

Rectricis actionis noxæ.

Imaginatricis.

Caros. catalepſis.

[illegible]

erranſq;

Delirium.

Ratiocinatricis. διανοητικοῦ

Amentia.

Fatuitas.

Paraphoſyne.

Theophili deliriũ. [illegible]

tranſq; motus. Quod utiq; delirium uocant. Alia ueluti deficiens et imbecillus, qualis in comatis et lethargis cernit̃. Quinetiam rationatricis functionis quę ueluti paralyſis eſt, anoea ſiue amentia dicitur. Quæ ueluti deficiẽs motio eſt, Moria et moroſis ſiue fatuitas. Quæ ueluti errãs eſt, paraphroſyne ſiue delirium appellat̃. plerũq; enim in utriſq; ſimul delirium conſiſtit, tum parum probe imaginando, tum parum apte ratiocinãdo. Eſt enim aliquando in altero dũtaxat, quod genus Theophilo medico ęgrotãti cõtigit, cui reliqua quidem prudentia ſupererat, et diſputãdi, et pręſentes exactę noſcendi, cæterũ tibicines quoſdam angulum domus ubi decubuit occupaſſe, aſſiduęq; ſonare, tum pulſare putabat, atq; hos ſe intueri relatur, partim illic ſtãtes, partim ſedẽtes, adeoq; ſine intermiſſione ſonãtes, ut neq; nocte, neq; die uſq̃ uel minimũ tempus quieſceret. Exclamare igitur non ceſſauit, ac iubere, ut domo eijcerent̃. Atq; hæc illi erat delirij ratio. Idem poſtq̃ plane conualuit, a morboq; euaſit, tum reliqua oĩa quæ ingredientium quiſq; dixiſſet feciſſet ue, narrabat, tum Imaginatiõis de tibicinum tedio meminit. Quibuſdam uero nulla aliena Imaginatio uiſitur, ſed perperam ratiocinãtur. Ratiocinatrice animæ parte ijs affecta. Veluti

phrenitico

Phreniticus q praue eſt ratiocinatus.

phrenitico contigit qui fores ſibi intrinſecus occluſit, ac ſingula uaſa per feneſtrā promens, accedentes rogabat, num proijcere iuberēt. Hic enim ſingula uaſa rectiſſime noiabat. In quo ſe manifeſte declarabat, nec in imaginatiōe circa ea leſum eſſe, nec in nominū memoria. Quid igit̃ ſibi uult quod ab alto oia ꝓiecit ac perfregit? hoc ſcilicet intelligere nō poterat, ſed opere ipſo delirare ſe declarabat.

ημονευτικου
αβαι

Quod autē et circa memoratricem animę partem ſymptomata eueniāt, non ęgrotātibus modo, ſed ijs etiā qui ęgrotare deſierūt, id didiciſſe de Thucydide licet. Qui nō nullos qui a magna illa Athenis peſte cōualuiſſent, eatenus oīm quæ præceſſiſſent oblitos ꝓdit, ut non ſolum propinquos, ſed etiam ſeipſos ignorarent.

Thucydides.

Memoria amiſſa.

Quoniam aūt quę rectrici animę parti ſymptomata incidūt, dicta iam ſūt, tempeſtiuum eſt ad alterum actionū genus quas naturales uocāt tranſeamus. Fuerint igit̃ et i harum ſingulis, uel non obitis, uel male obitis ſymptomata. In appetitu quidem, tum inappetentia, tum immodica cibi appetentia. In concoctione, cruditas, et cōcoquēdi tarditas, et eiuſdem operis prauitas. Pari modo in digeſtiōe, et ſanguinis generatione, uel non peracta uel non rite peracta, ſymptomata incidunt. Cuius generis ſymptomatum,

Naturalium actio ſymptomata.

Inappetitu.

In ſanguinis digeſtione p corpus et generationem.

et hydropum uicia ſunt. Iam in nutriendi actione Atrophię quędam et tabes, fruſtrationes eius ſūt. Leuce uero et ophiaſis et alopetia et quicq̄d eiuſmodi ſymptomatum genus habet, a uicioſa nutritione ꝓuenit. At aſphyxię ideſt pulſuum priuatioēs, et Cacoſphyxię id eſt pulſus uicioſi, circa pulſuum actionem ſunt ſymptomata. In excrementorum quoq; ſeperatione, uel oīno non peracta, uel non rite peracta, ſymptomata fiūt. Aliqua nomine ꝓprio uacantia, ueluti quæ circa nigram bilem eueniūt. Alia uulgo nominata; ueluti Icteros ſiue Regius morbus. Methodus uero hic quoq; oīm inuentionis eſt, naturalium facultatum cognitio. Eas in libris quos de ijs ꝓdidimus, quatuor eſſe in quaq; corꝑis particula īdicauimus Attractricem. Retentricem. Alteratricem. et Excreticem. Erit igit̄ in harū unaquaq; duplex ſymptoma, Alterum nō rite obitę actionis, Alterum prorſus non obitę. Quare in quoq; naturali inſtrumēto octo incidēt in uniuerſum ſymptomata. Ergo ſi cui ex diſſectionibus exploratus eſt particularū aīalis numerus, hic breui Imo uero facile ex ſeſe omnem ſymptomatum multitudinem inueniet. Quippe quæ naturæ tantum ſunt inſtrumēta, octo ſolum ſymptomatis laborabūt, Quæ uero ſunt aīę, tum iſtis, tū

In nutriēdi actione. Hydropū vicia. Leuce ophiaſis. Alopetia. In pulſu. Aſphyxię. Cocophyxiæ.

In ſeperādorum excremētorū actione. Regius morbus.

Quatuor eſſe ī quaq; corꝑis ꝑticula naturales facultates.

Octo eſſe ī quoq; naturali inſtrumēto ſymptomata.

his amplius alijs duobus. Monſtratum enim paulo ſupra eſt, cuiuſq; aialium actionum duplex eſſe ſymptomatum genus, uel prorſus non peractarũ, uel parum rite actarum. Dictum pręterea eſt, non rite hoc, duplex eſſe. Aliud ueluti ex defectu ꝓueniens. Aliud (ut ſic dicam) ex uicio ſiue errore. Ita utiq; ut ſi non duo tm̃ in quaq; actione et facultate ſymptomata eſſe dicas, ſed tria, Alterũ ſcilicet priorum duorum in duo ſecans, duodecim quidem in quoq; naturali inſtrumẽto ſymptomata inuenienda ſint. Quindecim uero in ijs quæ animæ ſubſeruiũt: porro prior diuiſio, quę in duas facta eſt differẽtias, octo quidem naturaliũ, decem aialiũ actionum efficit. Si quod uero in aiali inſtrumẽtũ tum ſenſus ſimul particeps eſt, tum motiuum: huic ex ſecũda diuiſione decem et octo ſymptomata incidẽt, Ex priore duodecim. Monſtrato igit̃ quod dicimus in una altera ue particula, quod nos in ijs, id in oĩbus facere cenſemus, eũ qui enumerare ſymptomata ſtudebit. Minime quidem noĩbus attentum (Neq; enim ubiq; uſitatas appellatiões inueniet) ſed ipſam rerũ naturam ſpectantem. Eſt igit̃ uentriculus cõcoctiõis inſtrumẽtum, quod trahit in ſe uti diximus cõueniẽs nutrimẽtum. Excernit aũt quicquid eſt alienum. Pręterea quod attraxit,

In aialib⁹ inſtrumentis xij. incideri ſymptomata.

In quoq; naturali iſtrumẽto xij. eſſe ſymptomata.

In aiali iſtrumẽto xv. eſſe ſymptomata.

In eo quod ſẽſui motuiq; ſubſeruit. xviij. eſſe ſymptomata.

Ventriculi ſympto.

id retinet et quod retinet, alterat. Cum igit̃ uel omnino non trahere uel parum trahere illi contingit, duo mihi ſymptomata circa tractricem potẽtiam intellige. Scindeq́; alterum rurſum in duo, oratiõe ſaltem (quatenus utiq́; licet) tametſi nominibus clare non poſſis (quod ſcilicet his nullum impoſitum nomen eſt) interpretari tentans. Verbi grã, quod etiam illud non rite, aliud ueluti imbecillum eſt, aliud ueluti uicioſum. Imbecillum quidem, quod uix et ægre et longo tempore fit. Vicioſum, quod ueluti cum palpitando, uel cõuellendo, uel uibrando agitur. In alteratrice uero, uentriculi facultate, aliud eſt ubi oĩo alteratio non fit, cũ ſcilicet quales aſſumpti cibi ſunt, tales in omni qualitate manẽt. Aliud ubi imbecilliter, quod ꝓprium nomen græce bradypepſian habet. Aliud ubi uicioſa eſt alteratio, cũ in alienam qualitatem cibi mutantur. Quare tria in totũ ſymptomata circa unam actionem fruſtratam habentur. Vocatur aũt ipſa actio, cõcoctio. Ea eſt ciborũ incõuenientem aĩali qualitatem alteratio. Bradypepſia uero ſiue cõcoctiõis tarditas, mutatio in eam qualitatem eſt, ſed ægre et ſpacio longiore. Alteratio aũt in alterã qualitatem, non tamẽ in eam quæ ſecũdum naturam eſt apepſian nominãt. priuationem quoq; eius actio-

Bradypepſia.

Concoctio quid.

Bradypepſia quid.

Apepſia.

equiuocę cum ea nominãtes. Quanq̃ utiq; clarius fuerat, hanc ſolam mutationem apepſian noĩaſſe, illam uero uicioſe factam, dyſpepſian. Sicut imbecillam alterationem bradypepſian. Cæterũ ut Plato teſtatus eſt, ueteres cũ plurimas rerũ ignorarẽt, alias oĩno non noĩarunt, alias non recte. Non eſt igit̃ quod noĩa nobis imponãt, ſed inſpiciẽda nobis eſt ipſa rerum ſubſtãtia. Quod ſi fiet, inueniemus retentricis quoq; facultatis actionem ſecundum naturam ſe habere, cũ tempus cõplectẽdi cibi, cũ tempore cõcoquẽdi exequat: ac cibos undiq; prorſus cõſtringit. Priuationem uero oĩmodã eius actiõis, cũ prorſus non cõplectitur. Accidit aũt id in lienterijs, ſiue inteſtinorum leuitate. Imbecillitatem uero, cũ uel non ꝓbe undiq; amplectit̃, uel nõ uſq; ad cõſummatã cõcoctionem, uel cũ ambo hæc ſimul incidũt. Cum enim retentricis et cõplectentis facultatis agẽdi ꝓbitas in ijs duobus conſtitit, ut tum nullum locum relinqueret inter uentrem et cibos uacuum, tum cõplectẽdi tp̃s cũ concoquẽdi tp̃e exequaret, uel altero tm̃ nõ ꝓbe actionem obibit, uel utroq;. ſymptomataq; cõſequent̃, imbecillo quidem complexui, fluctuatiões cũ ſonitu, (quas Græci clydonas uocãt) et flatulẽtiæ. Iniuſto aũt complectẽdi tempori, excretio celeris et ci-

Dyſpepſia.

Plato.

Clydones.

borum in inferiore uentre corruptela. Hoc loco illud aduertendum cenſeo, quod alteri ſymptomati, alterum nonnunq̃ ſuccedit. Quippe imbecillum cōplexum, modo clydones excipiūt, modo inflatiōes. Iniuſtum uero cōplectēdi tp̄s oīno diminuta cōcoctio. Deinceps uero uel celer ciborū exitus, uel eorum in uentre corruptela. Ac celeris quidem exitus inſeperabilia ſymptomata ſunt deiectionis humiditas, et digeſtio in corpus diminuta. Corruptelæ aūt in alui quidem deiectionibus, graueolentia neceſſario, non neceſſario aut mordicatioēs aut inflationes. Sed interim neutrum eorum, interim alterum, interim utrumqꝫ. Cur aūt tum in iſtis, tum in ijs quæ prius ſunt dicta, quædam neceſſario ſequātur, quædam non neceſſario, ꝓximo libro in quo de ſymptomatum cauſis agemus, docebit̃. In præſentia uero ad reliquam retentricis facultatis ſymptomatum differētiam eſt trāſeūdum. Cum igit̃ circū cibos uenter ſe cōſtringit, cæterum cum palpitatiōe quadam, uel tanq̃ cōuulſiōe et tremore et uibratu, eiuſmodi cōſtrictionis opus uiciosum fuerit. Ac palpitationem quidem uentris clare ſentimus, itemqꝫ cōuulſionem. Singultum enim hoc ſymptoma nomināt. Noxam uero eius quę uelut tremor ſit, non clare. Cæterum ſi ijs quæ dice-

Alteri ſymptomati alterū aliqn̄ ſuccedere.

Quæ celeri ciborū exitui ſuccedant.

Quæ corruptelæ ſuccedāt.

Singultus

mus aio eris attentus, id quoq; nō magno negocio deprehēdes. Ergo ubi a comedēdo, nec clydon aliquis, ſiue fluctuatio cū ſonitu te īfeſtat, nec inflatio, nec palpitatio ulla, nec ſingult⁹, ſed difficultas alias īſuęta, ī uētre ſentit̃, grauaturq; is ac laborat, ac magis deſyderat grauitatem īfra deponi, q̄ ſurſū ferri, accedit præterea ructus quiſpiam, tum diſplicētia quædam aliena nec facile interprętabilis in anhelitu adſequit̃, exiſtimabis uentriculū circa cibos cōſtringi quidem, cęterū id ueluti cū tremore fieri. At q̨ ueluti uibrās motus eſt, ī febriū cōcutiētib⁹ rigoribus maxīe eſt cōſpicuus, oēs aīalis ꝑticulas occupās. Ac de ijs q̨dem fuſius ī libris qui hūc ſequuntur agemus.

Excretricis facultatis ſymptomata.

In præſens ad quartam uentris facultatem excretricem propultricemq; ueniēdum. Cuius quod quidem ueluti priuatio eſt, in Ilei quibuſdam generibus cernitur. Imbecillitas uero ſubinde in tardis excrementorum deiectionibus incidit. Qui autem eius ueluti uicioſus motus eſt, tum incidit, cum uel priuſq̄ abſoluta cōcoctio eſt, ad actionem proruit, uel abſoluta ea ceſſat ac tardat, uel una cum aliquo iam dictorum ſymptomatum fit, aliter ue quouiſmodo non rite, uel tanq̄ impos ſui uenter in cibos irruit, minime temperato moderato ue motu utens. Exemplo eorū qui in decliui curſunt, nec ſiſtere ſe ualent. Ac uentris quidem ut inſtrumentum concoctionis eſt, dicta ſymptomata ſunt. Vt aūt tum nutriri poſtulat, tū quod nutriat, non ſolū trahit, ſed etiam eatenus retinet, quouſqꝫ alterauerit et ſuperuacaneū excreuerit, aliū parem ſymptomatum numerum ceu ſimiliare corpus ſortietur. Fortaſſe igit̄ præſtiterit oīa quæ circa nutritoriam actionem ſymptomata incidunt ꝑcurrere, Et quę uētris corpori et quæ cęteris ꝑticulis oībus inſunt coīa. Quippe clarior ita legētibus diſputatio fiet. Illuſtriuſqꝫ docebit quod paulo ſupra eſt dictum, Symptoma ſymptomatis cauſam eſſe. Atrophian enim cum unum ſymptoma ſit, ſiue ea in toto fiat aīali, ſiue in una eius particula, multa præcedūt ſymptomata. Cum eni quod ꝓbe nutriendū eſt, et trahere ad ſe cōueniēs nutrimētum debeat, et id quo ad tū alterauerit tū aſſimulauerit retinere, pręter ea quod ſuperuacuum eſt pellere. (Eſt aūt id duplex gn̄e, aut enim quantitate ſuperuacaneum eſt aut qualitate) neceſſe oīno eſt particulam quæ Atrophia laborat, uel unius prædictorū alicuius occaſiōe id pati, uel plurium. Nam ſiue diminute trahat, quod nutriat, ſiue nō trahat, ſiue peram trahat, Atrophia particulam cōſumet, ſiue id quidem quod nutriet, et quantum et quale eſſe

Ventriculi ut nutritur ſymptomata.

Symptomata quæ circa nutritionem incidunt.

Symptomata ſymptomatis cauſā eſſe.

oportet ſuppeditatur, cæterũ ſymptoma aliquod in retentrice facultate incidet, ſimile his quæ i uentre ſunt dicta, atrophia tentabit̃ ſic quoq;. Quod ſi hæ facultates legitima fungãtur actione, excretrix aũt uis erret, plus ſcilicet q̃ opus eſt uacuans, ſic quoq; gracilis nutrimentoq; parum fruẽs, particula reddetur. Iam alteratricis uirtutis ſymptoma quod ueluti priuatio eſt (eam aũt apepſian ſiue cruditatem uocãt) liquido patet ꝙ particulã gracilem efficiet. Quod uero eiꝰ ueluti imbecillitas quędam eſt, quam bradypepſian uocant, ſpacio quidem longiore, ſed tamen luculenter ipſum quoq; aliqñ gracilitatem inducet. Tercium uero ſymptoma, quod dyſpepſiæ eſt ſimile, non gracilem modo nutriciõis deſyderio, ſed etiam aliena ſpecie particulam reddet, Veluti in uocatis leucis et elephantiaſi cernit̃, Sane aduertere hoc in loco animum, ac diſcernere conueniet, Vtrum ne ſucco aliquo affluente, an ſolidis ipſis ita affectis mutatus color ſit. Quippe ſi ex affluẽte eſt mutatꝰ ſucco, alteriꝰ generꝫ ſymptoma eſt. nec alteratricis facultatis error. Si igitur tota particula per totam qualem eſſe oporteat, talis non ſit, alteratricis in eo uirtutis id uicium eſt. Fit enim et in arcuatis naturalis coloris mutatio, ſed ea, niſi ſi alteratricis uenarũ uirtutis uicium

Apepſia.

Bradypepſia.

aliquando eſt, ſeperatricis actiōis eſt ſymptoma. Vicioſus aūt in ſingulis priuatim particulis color, ſimodo ex ſucco aliquo extrinſecus aſſluente non ꝓueniat, ex alteratricis et cōcoctricis uirtutis quā in ſe habet, uicioſa functiōe oritur. Ergo hanc atrophian, cū cacotrophia quædam .i. uicioſa nutritio dicēda potius ſit, a p̄nti diſputatione eximamus. Ad eam uero quæ nutritionis oīno eſt priuatio reuerſi, illud admoneamus, tum ipſā ſymptoma eſſe, tū ſymptomatis alias alijs, quę uel ī attractrice, uel retētrice, uel ſegregatrice, uel alteratrice facultate īcidūt ſuꝑuenire. Oīm uero horꝝ ſymptomatū, morbi ſūt cauſæ. Finge enī diminute in aliquā particulam trahi alimētum, ideoqꝫ eam non nutriri, oīno morbus aliquis diminutū hūc tractum præcedit, Dictum nāqꝫ eſt, particulam ipſam ubi imbecilliꝰ in ſe nutrimētum trahit, oīno incōmoda temperie laborare, At ea morbus eſt. Si aūt particula cōmoda temperie ſit, obſtructio uero aliqua in digeſtionis inſtrumētis digeſtionem impediat, obſtructio ipſa morbus eſt, digeſtionis impedimentum eius ſymptoma. Non ſolum aūt ſingula ſymptomata percurrēs, quæ ſcilicet læſæ alicuius actionis culpa ꝓueniūt, intelliges ea oīno morbū præcedere, ſed etiam id ex ipſa rerum eſſentia licet citra inductio-

Morbos vbiqꝫ ſymptomatū eſſe cauſas.

nem colligas. Quippe ſanitatem actionis cauſam poſuimus. Morbum aũt leſionis quæ in actione eſt, cauſam. At uero ſymptomata de quibus nunc ꝓpoſita nobis diſputatio eſt, actionum eſſe leſiones diximus. Quare ex ijs ꝓpoſitis conſtat huius ſaltem generis ſymptomatum morbos eſſe cauſas. Quod aũt et duo quæ reliqua ſũt gña, morbi præcedãt, et cauſæ rationem reſpectu eorũ obtineant, id quoq; paulo infra docebimus. Sed ubi totũ de ipſis abſoluerimus ſermonem. Auſpicati rurſus a ſymptomatis ijs quę in corpis cõſiſtũt affectibus. Sunt porro eorũ differẽtiæ numero quatuor. Alia eni ſunt uiſibilia, alia odorabilia, alia guſtu apprehenſa, alia tangibilia. Ac uiſibilia quidem in coloribus quæ præter naturam ſunt cõſiſtunt. Idq; uel totius corpis uel alicuius uel aliquarum eius partium. Ac totius quidem corporis, ueluti in arcuatis ſe habet. Præterea in epatide et ſplenitide uocatis morbis. Ad hæc hydropum generibus quibuſdam, Vnius uero particulæ, quẽadmodũ tum i lingua ſola alienus color ſubinde aſpicit, tum in particulis quæ abſceſſuum uicio uel nigricãt uel liuent. Pari modo in carbunculis et eryſipilate, et ſerpentibus ulcerum, et gangrenis, naturales colores imutantur. Sane huius generis ſunt uitiligo, leucę, elephantiaſis,

Symptomatũ quæ in corpis cõſiſtunt affectibus differẽtiæ.

phantiaſis, aliaqꝫ id genus. Quippe hęc quoqꝫ naturalem colorem mutãt. Iam ĩ compluribus ſimul particulis uiciatum eſſe colorem in multis morbis uideas. Idqꝫ uel circa crura magis, uel circa faciem, uel circa totum ſupernum corpus, uel circa totum imum. Ac uiſibiles quidem differentiæ in ijs ſunt cõtẽplãdæ. Odorabiles uero primum quidem in reſpiratu, ac diſflatu. Voco autem quod circũdantis nos aeris per fauces attrahitur et rurſus emittit̃ reſpiratum. Quod aũt per totum corpus exhalat diſflatum ſiue perſpiratum. Ergo quæ ijs accidunt grauiolẽtiæ, in ſymptomatum cõſtituẽtur genere. Poſt has uero in auribus, naribus, alis et quæcũqꝫ uicij cuiuſqꝫ occaſione putreſcũt particulis, his amplius in ructu idem ſymptomatum genus licet inuenire. Ipſo ſcilicet uel fumoſam, uel acidam, uel uiroſam, uel piſcoſam, uel aliam quanpiam eiuſmodi referente qualitatem. In guſtabilibus uero qualitatibus laborãtes ipſi ſymptomata cõijciant. Quippe ſudorem defluentem in os aliqñ guſtant, præterea eius quæ circa linguam eſt ſaliuæ mutatã qualitatem. Atqꝫ utiqꝫ ut ſãguinem, quibus is quoquo modo per os uacuatur, alij quidem notabiliter dulcem, alij ſalſum, alij amarum ſentiunt. Ad eundem modũ et quæ ex pulmone reijciuntur, et

Reſpiratus.

Diſflatus.

quæ ex uentriculo euomūtur, alijs hæc acida, alijs ſalſa, alijs amara, alijs dulcia, alijs auſtera, ſentiūtur. Porro ſūt ex medicis non pauci qui etiā his aurium ſordem guſtu explorandam cenſent. Quippe ex hoc quoqꝫ aliquid cōiectari. Iam tāgibiles differentiæ, ubi naturæ modum exceſſerūt, in ſymptomatis numerāde non minus ſunt, ueluti cutis dura, et diſtenta et pręarida. Simili modo præhumida, uel rugoſa, uel alia quapiam differētia tali prędita. Ergo ex his quæ iam dicta ſunt magnifeſtum eſt, hoc quoqꝫ ſymptomatum genus uniuerſum a morbis ortū habere. Quippe colorum, halituum, et ſaporum dr̄as oēs, ſolidorum ipſorū corporum temperamēta ſequi, in naturalibꝰ libris didicimus. Ad eundem modum et tāgibiles: multo etiam magis q̄ oēs quę ſūt prædictę, ꝓpterea ꝙ cum actiuis qualitatibus congeneres ſunt. Quare quicquid in ijs alienū a naturali eſt, id intemperiei acceptum fert̄. Aeqꝫ ut quod naturale eſt, ex cōmoda temperie ꝓuenit. At eſt oīs intemperies morbus. Quare oīa id genus ſymptomata, a morbis ſunt oriunda. Quæ uero ex influēte quopiam humore cognata prædictis ſymptomata in particulis excitātur, alia obſtructioēs uel cōpræſſioēs ſequētia, alia trahentium et ſegregātium uirtutum functioēs male obitas, neceſſe eſt hæc quoq; ueluti fontem ſuæ generationis morbos habere. Ac iecinoris quidem obſtructio, qui cõpoſiti et inſtrumẽtalis corporis eſt morbus, alieni coloris qui in arcuatis uiſit̃ eſt cauſa. Cuiuſq; uero ſimilaris partis intemperies, quæ ipſa quoq; eiuſmodi corꝑis morbus eſt, alias aliã eius facultatem impedit, uel eam quæ trahit, uel eam quæ excernit, uel aliã quãpiam quarum occaſione cum parum equaliter ritęq; humores in corpe fluant, particulę alias alia in colore, habitu, ſapore, oĩbuſq; tãgibilibus differẽtijs alterãtur. Quinetiã quodcũq; reliqum eſt ſymptomatum genus, ſiue id ĩ uocibus fit et ſonis q̃ in aĩalibus exaudiũtur, ſiue in ijs quę a corꝑe excernunt̃, in eo ue detinẽtur, nihil non a morbis natum eſt, uel ab ipſis cõtinenter, uel ſymptomate aliquo interueniente. In uocibus enim morbi qui in ore, faucibus, arteria, pulmone et thorace ſunt, ſymptomata faciũt. Clangoribus ſcilicet quibuſdam tremuliſq; ac raucis edendis uocibus. In alijs uero aĩalis particulis ſonitus et murmura et tryſmi .i. dentium concuſſio aliaq; eiuſmodi partim quidem ex inſtrumẽtorum anguſtia, uel indebito motu, partim ex flatuoſi ſpiritus abundãtia, aliqua etiam ex horum aliquibus omnibuſue ſimul coeuntibus cientur. De quibus ple-

Triſmi. [illegible]

Eorũ quæ a corpore pręter naturã excernũtur, vel in eo detinẽtur diffe rẽtię tres.

[illegible]

liebris fluxus

nius inter ſymptomatum cauſas agetur. Que uero uel a corpore excernũtur, uel in eo præter naturam detinẽtur, ea quoq; in primas treis diducũtur differẽtias. Vtiq; aut totis ſubſtãtijs, aut qualitatibus, aut quantitatibus, a naturali ſtatu egreſſa. Succedũt aũt oĩno morbis, uel cõtinenter, uel alijs ſymptomatis intercedẽtibus. Siquidem ſanguinis profuſio toto excretæ ſubſtãtiæ genere præter naturã eſt. Ea uero uel uulnerato, uel perrupto, uel ore tenus recluſo, uel eroſo ſanguinis uaſe incidit. Porro horum uulneratio, ruptio, et eroſio, ꝓprij ſimilarium partium morbi ſunt. Recluſio, inſtrumẽtaliũ. Quæ ipſa modo excõplectẽdi functiõe imbecilla, modo expultrice immodice cõcitata, modo ambabus ſimul leſis, ortum habet. Simili modo fluxus muliebris uel ꝓpter iam dictarum actionum ſymptomata fiet, uel quod totus ſanguis tenuis ſeroſuſq; eſt redditus. Eſt uero et id ſymptoma, cuius etiam multiplex habet ortus. Eſt nãq; uel ſanguificæ uirtutis, uel eius quę tenue et ſeorſum ſeparat, uel idem excernit, operis fruſtratio. Incidere aũt aliquãdo poteſt, et retentrice ipſa immodice opus ſuum urgente, et cute ipſa ſpiſſata, et renibus occluſis. Ad eundem modum et ſudores immodice digeri uel indebite retineri, aut ꝓpter cutis, aut pro pter aliquem dictarũ uirtutũ affectum, aut ipſam humorum naturam neceſſario cõtinget. Sane conſtat ꝙ in omni eiuſmodi ſermone, diſiunctiuis coniunctionibus utimur. Oino enim cuiq; dictorum ſymptomatum, una quępiam eſt cauſæ ratio, Nihil tamen prohibet duas, et tres, et ſimul oẽs una cõcurrere. Non latet aũt nec ꝙ diſſuria et iſchuria et ſtranguria et diabetes, quem aliqui Ydropem in uas urinale, aliqui diaroean in urina uocãt, ex hoc gñe ſymptomatum ſint. Iam quod eorũ quæ excernunt, et colores præter naturam, et odores, morbos neceſſario ſequant, nihil opus eſt oſtẽdamus. Si modo nullum talium ſine intemperie prouenit. Patet aũt et quod ꝓpoſitum a nobis eſt, clare eſſe demõſtratum, oẽm ſymptomatum naturam morbos pręcedere. Fieriq; nõnunq̃ ſymptomatum quę deinceps ſibi ſuccedant, ueluti ſeriem quandam. A morbo quidem ipſo primum, ab hoc uero ſecundum, dein rurſus poſt hoc tercium, ac ab iſto deinde quartum. Verum hic attendẽdum diligẽter eſt, ut accurate diſtinguãtur ab operibus ſymptomata. Saepe enim ita ſimilia inter ſe ſunt, ut et ſymptoma putetur opus, et opus ſymptoma. Ac niſi qs in hoc ſano ſit iudicio, ex ijs in quibus ipſe fallitur, noſtram diſputationem calunniabitur. Quippe ſi naturalium

dyſſuria

Diſtinguẽda ab operibus ſymptomata.

Naturales excretiões Quę

naturalium excretionum (ſic aũt uocant eas quę ſanis accidunt) uel quantitatem, uel qualitatem, uel genus ipſum ſubſtantiæ, ꝓ ſcopo ſibi ꝓponat, deinde huc intuens ſymptomata iudicet ſubinde falletur. Quippe ſudor aliquando multo amplior q̃ pro naturæ modo, uel alui deiectio, uel urina ualentibus incidit, non ſolum nulla actione leſa, ſed etiam cũ uirtutis robore et prouidentia de aĩalis ſalute. Aliqua enim q̃uis etiam toto genere præter naturam ſint, ueluti ſanguinis per nares profuſio, uel uomitus, uel ſãguinis deiectio, uel hęmorrois uel aliud eiuſmodi, tamen præter naturam adhuc non ſunt, ſi modo tempeſtiue fiant. Fiunt autem tempeſtiue, cum id quod contriſtat, expellitur. Stante igitur de quo inter initia conuenit (nempe ꝙ ſymptomata actionũ leſiones ſint) nihil eorum quæ ad animalis commodum fiunt, ex hoc genere ſymptomatum eſt. Opus nãq; naturę unũquodq; eorum potius eſt, q̃ leſio aliqua. At alteri fortaſſis ſymptomatum gñi, quod ſcilicet præter naturã eſt affectuũ, oĩa talia ſubijciat quiſpiam. Oĩno enim diuiſam eſſe in quacũq; aĩalis parte uenã aliquam, aut eatenus recluſam, quoad ſãguinem quem prius retinuerat profundat, naturalem affectum non eſſe. Quanq̃ hic quoq; alui fluorem, aut urinæ copiam docere non poſſit affectibus prȩter naturam oīno ſuccedere. Sanguinis nãq; ꝑfuſiones, et uomitiones toto gn̄e præter naturam eſſe, dicet quis. Non tn̄ aut eam quæ per uentrem, aut ueſicam, aut uterum fit excretionem toto gn̄e præter naturam eſſe. Fortaſſe uero dubitauerit quiſpiã et de ſudore ceu nec ipſȩ naturæ lege incidat. Quippe quod Diocles etiã docere tẽtauit. Videt̃ aũt dura eſſe opinio et præter rerũ euidentiam. Tametſi eã maxime ꝓbabiliter cõfirmet. Ac de talibus ꝗdem poſt hac aliq̄n fortaſſe agetur. Perpauca enim ſũt de quibus ambigit̃. De reliquorum uero ſymptomatum tota multitudine abunde eſt diſputatũ, finiẽduſq; iam hic liber eſt. Si quis enim exercitatus in his quȩ cõfeſſa ſunt fuerit, facilius de ijs quæ in dubio ſunt, iudicium conſequetur.

Dubitatio de ſudore. Diocles.

GALENI PERGA. DE SYMPTOMAtum Cauſis liber primus Tho. Linacro Anglo interprete.

CAVSAS ſymptomatum in his libris cõtemplabimur. Eundem ſequentes diſputationis ordinem, quem de ipſorum differentijs propoſuimus.

mus. Sunt igitur ſymptomatum genera in totum tria. Quorum de eo primum diſputauimus in quo leſam eſſe actionem diximus. Ita nimirum intelligere lectorem cenſentes, etiam ſi prorſus perijt. Cum aũt duplices genere actiones ſint, aliæ naturales, aliæ aiales, ab aialibus incępimus. Eaſq; trifariam diuiſimus, in ſentientes, actiuas, et quas appellauimus rectrices. Ergo in ſentiendi actionibus, triplex incidit ſymptomatum differẽtia. Vna cum ipſum primum ſenſus inſtrumẽtum eſt male affectũ, altera cũ ſentiendi facultas, et tercia cũ aliquid eorũ quæ primo ſentiendi inſtrumẽto ſubſeruiũt, male habet. Veluti in oculo primũ ſentiendi ĩſtrumentũ, criſtallinus eſt humor. Quippe quod ſolum a coloribus alterari mõſtratum eſt. Sentiẽs uero facultas, quæ a cerebro per neruum inde porrectũ ad criſtallinum peruenit. Ad ſubſeruiẽdum aũt huic, reliquæ oẽs quæ in oculo habẽtur particulæ ſunt cõditæ. Itaq; etiam unoquolibet ex prædictis male affecto, uel male uidebit animal, uel prorſus non uidebit. Ac criſtallini quidem humoris morbi in octo intemperamentis conſiſtũt. Facultatis aũt morbi, in eo quod uel neruus, uel cerebrum male ſit affectum. Sũt porro et horum utriuſq;, ut ſaltem ſimilares particulæ ſunt, octo morborum

Leſa actio quomodo accipiẽda.

In ſentiendi actionibus triplex differẽtia ſymptomatũ.

Exemplũ de oculo.

Criſtallinũ humoris morbi octo.

Facultatꝭ morbi.

borum genera, Vt inſtrumẽtales ſunt, tum obſtructioẽs, tũ alienorũ innixus, ſiue cõpręſſioẽs, aliaq́; quæcũq; ex humorum influxu, molem præter naturam attollunt. Vnitatis uero diuiſio, ſuper omnia quæ prædicta ſunt, tum ſimiliarium, tum inſtrumẽtalium particularum cōis eſt affectus. Non cerebro modo aut neruo, ſed etiam criſtallino humori incidere potens. Huic aũt tranſferri, ac ſede moueri, inſtrumentalis morbus incidit. Quamq̃ tranſlatio, ſiquidem ea uerſus angulum maiorem minoremue eſt facta, nihil quod eſtimandum ſit, incommodi affert. Sin ſurſum deorſumue inclinat, duplicia quæ uidentur oĩa apparere facit. Atq; hi quidem ſunt, tum primi uiſus inſtrumẽti, tum eorũ quæ illi facultatem ſubminiſtrãt, morbi. Eorum uero quæ uſum aliquem ei cõferunt, hi, Si uel in foramine rhogoidis, uel etiam eo quod inter hoc et criſtallinum eſt loco, humor ſpiritus ue tantus cõſtiterit, quãtus primo uiſus inſtrumẽto ad internoſcenda ſenſibilia ſit impedimẽto. Ad eundem modum corneæ quoq; tunicæ particula ea quæ pupillæ anteſtat, uiſum impedit, ſiue ea per ſe, ſiue alia quapiam ratione a naturali habitu eſt remota;. Ac foramen quidem rhagoidis, quatuor modis a naturali ſtatu mutat̃. Nempe uel ampliatum, uel in-

Trãſlatio cryſtallini quid efficiat.

Eorũ quę primo viſus inſtrumẽto vſũ aliquem cõferunt morbi.

Foramen rhagoidis a legitimo ſtatu mutari quadrifariam.

minutũ, uel in aliquã partem detortũ, uel ruptum. Verum ampliatio ſiue a natali ſit, ſiue poſt accedat, ſemꝑ uiſui incõmodat. Imminutio quæ utiqꝫ a natiuitate incæpit, acutiſſimi uiſus eſt occaſio, Quæ uero poſt incidit, mali. Reliquorum uiciorum neutrum, neqꝫ ſi a natiuitate, neqꝫ ſi poſt incidit, quicq̃ quod eſtimatione dignum ſit, uiſui officit. Iam enim ſubinde uidimus ex parua rhagoidis procidentia, detortam pupillam, poſtq̃ cicatrice eſt incluſa, nec tñ hois uiſum fuiſſe impeditum. Vbi ſcilicet ante ſe corneæ particulam ſplendidam habuit. Atqꝫ hæc quidem experiẽtia ipſa docuit. Sane cauſa ꝓpter quam amplitudo foraminis ad perſpicatiam uiſus ſemꝑ ſit noxia, anguſtia non ſemper, eſtimatiõe non indigna eſt. Videtur aũt mihi neruus is qui a cerebro ad oculum pertinet, quem ideo porum, ſiue meatum Herophilus appellat, quod eius ſolius foramen clare cernitur, ſenſibilis eſſe ſpiritus uia. Eoqꝫ ubi altero oculo cõniuemus, alterius pupillam dilatari cõtingit. Tanq̃ in unum ſolum cõmeãte ſpiritu, qui prius in duos eſt diſpertitus. Itaqꝫ etiam hoc maxime ſigno intelligit̃, an ſuffuſi cõpuncta ſuffuſiõe uiſum recepturi ſint, an non. Quippe quibus altero oculo conniuentibus, alterius pupillam dilatari cõtingit, ijs ſi cõpunctio

adminiſtret̃

Amplitudo foraminis cur viſui noceat

Herophilus.

Signũ an ſuffuſi oculi ſanari poſſint.

adminiſtretur recipiendi uiſus fiducia eſt. Quibus non dilatat̃, horum nemo unq̃ reuidit. Ne ſi minimo cũ dolore, ac cõmodiſſime ijs eſt adminiſtrata cõpunctio. Ex ijs oĩbus liquet, cõfluere ad oculos a cerebro ſpiritum aĩalem. Tum in criſtallinum ipſum humorem, tum uero locũ omnem qui illi ante ſtat, quem ſcilicet rhagoidis foramen determinat. Vbi igit̃ amplior reddita eſt pupilla, ſiue id ex prima ſtatim formatiõe, ſiue poſtea contigit, parum cõmode tota aĩali ſpiritu implet̃. Fundi igit̃ diſſoluiqꝫ ac diſſipari cogitur. Sicut cõtra in minore pupilla colligitur, conſtringitur, ac denſat̃. Atqui demõſtratum in libris de particularum uſu eſt, eius collectionem, ac conſtrictionem, ad ſenſus bonitatem illi cõducere, contra diſſolutionem, ac diſperſionem ad ſenſus noxam cedere. Qui igit̃ ſit quod pupilla morbi uicio, nõ naturę, minor reddita, multo deterior efficitur q̃ mediocris? An quia uicioſos affectus ſequit̃, quorum culpa neceſſario peius cernit oculus ſic affectus, nõ ꝓpter pupillæ anguſtiã. Qui nam igit̃ hi ſunt affectus? nam hoc etiã diſputatio requirit. Vnus quidem ipſius rhagoidis tunicę tantum, alter humoris tenuis, qui medio loco inter ipſam rhagoidem et cryſtallinnm humorem habetur effuſi. Ac tunicæ quidem ſolius affectus,

Cur pupilla morbi vicio parua, deterior ſit q̃ mediocris

Rhagoidis tunicæ affectus.

extenſio relaxatioq; ſunt. Qualis utiq; in extrinſecus poſitis articulis ſubinde cernit̃. Cum ligamenta redundāti humore ſunt perfuſa. Humorum uicium in defectu cōſiſtit. Cuius occaſiōe rhagoides uacuato interno eius loco in ſe concidēs, cōtrahit̃ ac rugatur, atq; iccirco pupillam imminuit. Deterius ergo ex talibus affectibus cernere cōtingit, nō utiq; propter pupillæ paruitatem, ſed propter humoris deſyderium. defectum Monſtratum enim eſt, in his quæ de uiſu, tum in libris quos de utilitate particularum, tum quos de Hyppocratis et Platonis placitis ſcripſimus, cryſtallinum humorem munimētum aliquod indigere, desyderare quō externum ſplendorem ſine offenſa ſuſtineat. Vnum igitur munimētorum eius is humor eſt. Cum eo etiā quod ſubſtātię cryſtallini humoris non nihil cōducit. Vbi igit̃ parcior redditus hic humor eſt et ſiccior efficit̃ ipſe cryſtallinus, ut pote iam humore a quo largiter imbuatur defectus et rhagoides tunica in ſe concidens, ſpatium quod inter ipſam et cryſtallinum intereſt, anguſtius efficit. Itaq; fit, ut cum cogatur cryſtallinus humor, paruo interſticio cū externo ſplēdore cōmercium habere, per ſimilem patiatur affectum, ijs qui ſolem nictando cōtuētur. Horum enim aliqui occecati ſunt, Oēs uero ita leſi, ut uix recuperarint

rint

Cryſtalinū humorem munimētum aliquod poſſe cōtra externū ſplēdorem.

παρα δημοκριτ

rint priſtinum uiſum. Quppe monſtratum nobis eſt, fieri non poſſe, ut ſplendidam lucem inoffenſe tolleret et uiſus inſtrumentum. Eoq; factum eſſe ut rhagoides tunica quæ nigra ſimul et cerulea eſt, illi ſit prætenta. Quod ſcilicet hi colores, uiſum ubi a ſplēdida luce laborat, maxie cōſolentur. Atq; hæc quidem cauſa eſt, cur imminutus is qui in pupilla eſt humor, tum deterius cernēdi, tum foraminis rhagoidis tunicæ maioris reddendi ſit occaſio. Eoq; maxie inſanabilis eſt eiuſmodi oculorum morbus. Alter affectus qui ꝓper humorem rhagoidis minorem reddit pupillam, minus illo eſt noxius. Difficilius namq; eſt ſimilarium corporis particularum cuiuis, cum ſiccata eſt, humiditatem reſtituere, q̃ eam cum humecta eſt, ſiccare.

Rhagoides membrana quo ſit colore.

Atq; hæc quidem medēdi rationem quodāmodo iam attingunt. Dicamus aūt quod a primo eſt propoſitum. Mala quidem eſt pupillæ paruitas quæ pręter naturam accidit, bona quę naturalis eſt. Laxitas aūt eius nec quæ naturæ lege habetur, bona eſt, nec quæ non naturalis eſt. Ceterum minus mala eſt q̃ anguſtia. Quippe laxitatis generandæ cauſa (ut ſic dicam) coniuncta, tenſio rhagoidis tunicæ eſt. Sicuti paruitatis, eiuſdem relaxatio. Quoniam aūt duplici ratiōe tendit, cum utiq; ex ſuapte

Paruitas pupillę nō naturalis mala.

Laxitas nullo mono bona.

Laxitatis paruitatis que cauſa.

Dupliciter tendi rhagoidē.

natura id patitur, uel ſiccata, ut corpus ſimilare, uel humectata ut inſtrumentale: ſiccitas quidem eius difficile ſanabilis eſt, humiditas non etiam. Siquidem phelgmonę et ſcirri, ſiue durities ſenſu carentes, et abſceſſus, et alij id genus morbi, inſtrumentaliũ ſunt partium, ex ſuperuacuis humiditatibus oriundi. Quos oẽs ſi in rhagoide cõſiſtãt, peritus medicus nõ magno negocio ſuperabit. Sane accedit rhagoidi nonnunq̃ etiam ex accidenti tenſio. A multitudine, ſcilicet ſubiectorum humorũ nata. Quippe cum ueluti uter ueſica ue, ijs quæ inter ipſũ et cryſtallinũ humorem acerňãtur eſt impleta, in oẽm partem diſtendit̃. Qm̃ aũt non ſolũ qui in foramine rhagoidis ſint, morbos diſputatio percenſuit, ſed etiam aliquos ipſius rhagoidis cõmemorauit, ſuperqꝫ qui tenuis ſub ea ſint humorꝫ, ſequens fuerit, quę reliqua in ipſis ſunt ꝑſequi, quorum uicio uel impeditur uiſus, uel oĩo aufertur. Ergo ex ijs qui in tunica rhagoide conſiſtunt, ac uiſui obſunt, unus adhuc morbus reſtat, tam ſimilarium q̃ inſtrumentalium partium cois. Is eſt unitatis diuiſio. Quæ utiqꝫ in hac particula, tum uulnus eſt, tum ulcus. Cum igit̃ tale uicium magnum eſt, ita ut et ualenter diuidatur rhagoides, et et profundat̃ extra eam tenuis humor, ac iam corneam cõtingat, neceſſe eſt incidant hoc caſu incõmoda duo. Tum ut cõcidat ſuper cryſtallinum humorem tunica rhagoides, tum ut ſpiritus a cerebro in pupillam totus non perrueniat, qm̃ pę uulnus effluat. Quod aũt non ſolũ ambo hæc coeuntia impedimẽto uiſui ſint, ſed etiã eorum alterum, ijs qui prædicta non negligenter legerunt, manifeſtum arbitror. Mihi uero tempeſtiuum iam fuerit, ad tenuem humorem conuerti, de quo ſupra, dictum hactenus ſaltem eſt: quod ſiue eius plus ſiue minus iuſto eſt, uiſum impedit. Quod aũt et ſi aut craſſiori aliqñ ſit cõſiſtentia, aut colore quodã modo alieno: ſic quocꝫ ſymptoma aliquod circa uidendi actionem excitabit, id dictum prius nõ eſt. Sed iam eius dicẽdi eſt tempus. Ergo hic humor ſi craſſior q̃ prius erat, eſt redditus, tum ꝑſpicatiam uiſus adimet, tũ ne longinque uideatur efficiet. Ita ut nec quæ longe poſita ſunt cernant̃, nec quę prope ſunt admota exacte perſpiciãtur. Sin uehementer craſſus eſt factus, ueluti in ſuffuſionib⁹ euenit, utiqꝫ uidere hominem ꝓhibet. Quod ſi totum foramen a craſſo illic conſiſtente corpore obtenebratum non ſit, ſed aliqua pars eius pura ſuperſit, utique per illam, quæ extrinſecus ſunt, ſingula per ſe ſola nihilo deterius q̃ ante uidebũtur, non tamen

Tenuis humor quẽad modũ viſum ledat.

ſimiliter uno tempore multa. Quod ſcilicet anguſtior q̃ ante factus ſit uiſus conus. At ſi in pupillæ centro exigua ſuffuſio cõſtiterit, partibus quæ circa ſũt puris, oĩa ijs qui ſic ſunt affecti, ueluti feneſtras habere uidẽtur. Quippe q͛d in medio nõ cernit̃, quaſi exciſum uidet̃. Iam ſi diuulſa, nec inter ſe cõiuncta craſſa corꝑa in iam dicto humore fluitãt, ijs qui ſic ſe habent, tanq̃ culices quidam foris obuerſari uideantur, imaginatio præbetur. Sæpenumero uero ex craſſiore quoq; humoris cõſiſtentia, tanq̃ Idolum aliquod ſibi appareat, imaginantur, porro eiuſmodi idoli apparitio poſtquã a ſompno ſurgit̃, plerumq; incidit, potiſſimum pueris, et ijs qui pluſculum biberunt, aut alias capite ſũt impleto. Quod ſi colore immutatus ſit humor, qui inter cryſtallo idem, et rhagoidem habet̃, ſiquidem ad fuſcum inclinet, ueluti per nebulam fumumue hominem uidere faciet. Sin ad alterũ ullum colorem uergat, eius nimirum phantaſiam uiſibilibus impartietur. At ſi inequaliter uel a naturali cõſiſtẽtia, uel colore receſſit, quæcunq; eius pars ſic affecta, ad pupillæ locum peruenerit, ſimilem etiam ſibi imaginem in uiſibilibus repreſentabit. Quippe illius, tum colorem, tũ cõſiſtentiã, tum figuram foris ſe uidere homo putabit. Ex hoc ſymptomatum

Quibus veluti feneſtrę in viſis apparent.

Idoli apparitio.

Qui veluti ꝑ nebulam fumũ ve vident.

genere, ſunt, tum ea quæ ſuffuſi imaginantur, tum quæ de ijs quibus uel ſanguis ex naribus ꝓfluxurus eſt, uel qui uomituri ſunt, ab Hyppocrate ſunt ſcripta. Iam uero quibus adeo ꝑfectus ſynceruſq; uiſus eſt, ut eum ne uel minimum ſenſibile fugiat, exhalatioẽs uero quæpiam a uentre aſcendũt, potiſſimnm ubi non probe cõcoxerũt, ſimilia ijs quæ ſuffuſis ſymptomata incidũt. Quippe purior natura cryſtallinus humor ijs eſt. etiam hic ipſe aquoſus de quo nunc agimus. Magnitudo aũt ſymptomatum in his, pro magnitudine paſſionis ſemper reſpondet. Non ſolum in ijs de quibus paulo ante agebam, ſed etiam in oĩbus quę prędicta ſũt. Verbi gr̃a. Similarium partium intemperies ſi paruæ ſunt, paruam noxam actioni afferũt. Sin maiores habentur, actioni ad portionem nocent. Sicut quę plurimum a naturali ſtatu exceſcerunt, oĩno actionem tollũt. Aeq; uero et quæ de qualitate, et cõſiſtentia, et colore aquoſi humoris ſũt dicta, ſi paululum a naturali ſtatu ſunt mutata, paruam etiam actioni afferũt noxam. Sin longius receſſerũt, pro modo uicij ſui etiã actioni incõmodãt. Sicuti cum plurimũ a naturali ſunt aliena, oĩno actionem adimunt. Ad eundem modũ et quæ de rhagoidis ruptura, et pupillæ magnitudine ſunt dicta, uel pau-

Hyppocrates.

aquoſus hu
et tenuius

[illegible]

Cur aliqui cominus exacte videât, eminus non videant.

Corneæ impedimenta.

lulum aliquid actionem impediũt, uel amplius, uel oino. Simili modo et aialis ſpiritus uel ad unguem purus eſt, qualis ęther, uel nebulę ritu humidus ac turbidus. Pręterea in modo ſubſtãtię, uel plus eius habet, uel minus. Ac ſiquidem multus eſt et æthereus, etiam quæ longiſſime abſunt, uidet, ac perfecte diſcernit. Sin paucus eſt, et purus, quæ prope ſunt, exacte dinoſcit, quæ ꝓcul abſunt non uidet. Quod ſi humidus ſimul multuſq; eſt, longiſſime quidem uidet, ſed non exacte. Sicuti etiam ſi humidus ſimul exiguuſq; eſt, nec exacte nec longiſſime uidet. Et de hoc quidem, ut ad rem ꝓpoſitam hæc abunde. Corneæ uero tunicæ pars, quæ pupillæ anteſtat, et cũ craſſior, et cum ſpiſſior, et cum humidior eſt facta, uiſionem impedit. Ad eundem modũ ſi colorem ſuũ mutauit, et ſi ulcus maiuſculum in ſe habet, et ſi quid eorum quæ extrinſecus illi præiacent inauctum, obſcuritatem affert. Ac craſſior quidem et ſpiſſior cornea hebetudinem uiſus creat. Humidior aũt ſiue ut inſtrumentum eſt, ſiue ut ſimilare corpus, non ſolum uiſus hebetudinem affert, ſed etiam ut quaſi per caliginem, uel nebulam, uel halitum quempiam, uel fumum cernat efficit. Si uero humores non multi, ſed colore mutato ſint, ꝓ eorum natura error in uiſu reſpondet,

proinde

proindę qui regio morbo laborant, pallida omnia uidere ſe putant. Quibus aũt ex plaga ruptę recenter ſunt in prima tunica uenæ, rubra. Vlcus uero maiuſculum, non ſolum eo quod ſuperuacuũ contrahit humorem, uiſionem lędit, ſed etiã quod exiguo interſtitio cryſtallinum cũ externo lumine cõmitti cogit. At ſi deſcendat introrſum, quod ante pupillam eſt ulcus, etiam aliquid aquoſi humoris foras effũdit. Proinde is qui ſic eſt affectus, in ſummum cecitatis diſcrimen adducit̃. Eoq; fit ut qui in parte corneæ quæ pupillæ prętenditur, uulnus acceperũt, ſi id uulnus introrſum deſcẽdit, magna ex parte occecentur. Cæterũ incredibile quiddam nec fieri uulgo ſolitum in puero uidimus, qui ſtilo in pupillæ loco fuerat compunctus. Nam cum ſtatim effluxiſſet aquoſus humor, tum pupilla ipſa minor eſt reddita, tum tota cornea apparuit rugoſior. Cæterum ſanatus, poſtea recte uidit, collecto ſcilicet paulatim eo qui effluxerat humore. Verum hæc rara ſunt, Cecitates aũt eiuſmodi uulneribus plerumq; ſuccedũt. Sicuti etiam oĩbus iam dictis cauſis. Vbi ſcilicet plurimum ſũt inaucte. Nam ſiue uehementer ſpiſſa, ſiue ad ſummum craſſa, ſiue immodice humida, cornea eſt effecta, oĩno tenebram uiſioni offundit. Ita ut qui ſic eſt affectus,

Caſus rarus.

prorſus

Corneam rugatā aliquādo viſū tollat.

prorſus non uideat. Et quid quęſo miri ſi prędictorum ſingula cum inaucta ſunt, uiſum animali adimūt? Vbi ipſa ſola cornea rugata aliqñ ſimilem noxam affert. Incidit hoc uicium, ijs qui ad ultimum peruenere ſenium. Sane cōſyderanda hoc tempore diligenter eſt pupillæ magnitudo. Quippe quæ ſi minor eſt facta, etiā aquoſus humor in ijs eſt imminutus. Sin equalis ſibi permanet, corneæ ſolius uicium eſt. Verum eiuſmodi diſcrimina præſens opus non requirit. Corneæ uero tunicæ morbi, ſi magni ſunt, prorſus uiſum impediūt. Et maxime cum uel phlegmone uel ſuppuratione laborās, uel inſenſibili duritiæ obſeſſa, aliudue tale quippiam paſſa, ueluti inſtrumētalis pars, humoris morbis afficit.

Membranę quę ſup corneā habet ſymptomata.

Ac corneæ quidem tunicę morbi qui uiſum uiciēt, tales et tot incidūt. Membrana uero quę ſuper hanc habętur, ubi phlegmone laborat, ex accidenti uiſus actionem impedit. At in ijs quæ gręce uocātur chymoſes, præterea in pterygijs, non ex accidēti, ſed iam ex prima ratiōe, pupillam obtenebrat.

Palpebrarū affectarum ſymptomata.

Ad eundem modum magnæ palpebrarum phlegmonæ tumoresq;, ſi qui ſuper has præter naturam orti, eo magnitudinis uenerūt, ut pupillæ umbram offundāt. Atq; hæc oīa aut non uidendi, aut male uidēdi, ſunt cauſæ. Et de oculis quidem ſa tis hæc ſunto. Quippe exempli magis cauſa, q̃ ut ſingula membratim perſequeremur, de his diſputauimus. Cum ſit mihi inſtitutum ad pn̄s per generales ſermones, methodum indicare, qua uſus quiſpiam, ſymptomatum cauſas inueniat. Quoniam aūt non ſolum methodos ipſas nouiſſe oportet, ſed etiam multiſariam in particularibus exercitari, quod facere oībus in promptu non eſt, idcirco qualem fieri modum exercitatioīs oporteat, in oculis nūc oſtendi. Ergo ad eius exemplar, reliquę ſentiēdi potentię ſūt adeundæ ęſtimādaq; in unaquaq;, tum primum eius inſtrumentum, tum cętera quæ illi uſum aliquem præſtent. Ad hæc diſcernendum, ceu paulo ante eſt dictū, qui nam ipſius potentiæ laborātis ſint morbi, qui nam inſtrumentorū cuiuſq;, cuius culpa lædi functionem contingit. Siquidem audiendi grauitas, et ſurditas, aut p̄pter aurium ipſarū particulam aliquam, aut propter neruum, qui in has a cerebro p̄tinet, aut propter cerebrū ipſum, in ea ſcilicet parte læſum, unde neruus exoritur, aiali incidēt. At que in neruo quidem et cerebro uicia ſunt, ſimiliter ijs quæ in oculis; Quæ uero in reliquis particulis ſunt, ad portionem quidem, non tn̄ oīno ſimiliter lædent. Quam enim habet in oculo criſtallinus humor rationem,

hanc

Præſens inſtitutū.

Audiendi grauitas et ſurditas gn̄aliter vnde.

hanc habet in auribus audiendi meatus finis, ubi neruo dilatato cõiungitur. Oia uero quę extra hũc in anfractu meatus ſunt, ijs quæ prædicta in oculo de rhagoide ſunt, ad portionem ſe habent. Itaqꝫ etiam morbos eorum huc tranſferri ex illis conueniet. Similarium quidem corporũ, qui ĩ intemperie et cõtinuitatis ſolutiõe cõſiſtũt. Meatus aũt ipſius, obſtructiones, ſiue hę tumoris alicuius ipſarũ particularum non naturalis occaſiõe, ipſum meatum obſtruant, quemadmodũ abſceſſus, et phlegmone, et inſenſibilis durities, et œdema, ſiue propter tumorem aliquem acquiſitium, uel denique quiſquis præter naturam ſit, qualis in meatu ſæpe oritur, poroſa quapiã in eo carnoſa ue ſubſtãtia enata. E numero eorũ quæ meatum obſtruunt, et ſordes ſunt quæ in auribus colligi ſolent. Tanq̃ igitur in ijs particularum ratio ſymptomatum indicauit cauſas, ita et in lingua et naſo indicabit. Modo in ijs quoqꝫ tum primam ſentiendi particulam, tum reliqua, quę totum inſtrumẽtum complent, nouerimus. Monſtratum enim eſt linguam eo ꝙ duabus facultatibus, ſenſui uoluntatiqꝫ ſubſeruit duas quoqꝫ actioẽs habere. Nunc aũt eam ueluti ſentientem cõſyderamus. Odoratus uero ſenſorium ipſos cerebri eſſe uentriculos indicauimus. Ac guſtandi

ſtandi

Linguam duas actiones habere.

Odorꝫ ſenſorium.

Guſtus ſymptomata.

ſtandi quidem ſenſus ſymptomata ſunt, tum oīno nihil ſaporum ſentire, tum non legitime ſentire. Cum aũt non legitime ſentire (ut mõſtratum eſt) dupliciter intelligat̃, Alias cum diminute et confuſe ſentit̃, alias cum uicioſe, cõfuſe quidem guſtare, in uiſu Ambliopie id eſt uiſus hebetudini in auditu, Baricoię id eſt audiẽdi difficultati, portiõe reſpõdet. Vicioſe aũt guſtare, eſt ueluti cũ oculis, colore, figura, magnitudine, uel ſitu mutata uidentur. hoc in auditu, obauditio noiat̃. Porro morbi prædictorum ſymptomatũ, uel quæ in guſtãdi actione, uel quæ in potentia incidũt, partim in ſimilari linguæ ſubſtantia et tunica qua inuoluit̃ ſunt, partim in neruis mollibus. partim loco cerebri, illo pręſertim, unde hi nerui originem habent. Ac reliqui quidem prędictorum oīm morbi in manifeſto ſũt. Lingua uero uicioſe ſapores ſentire ſolet, cũ extraneo humore eſt impleta. Quo caſu quæ guſtãtur oīa uel ſalſa uidentur, uel amara, uel alia quapiam aliena qualitate dicibili indicibili ue affecta. Tanq̃ enim ĩ ſuffuſis uiſiua uis foris ſe cernere iudicabat, ea quæ in ipſis oculis inerant, itidem guſtãdi facultas ea quæ ſunt in lingua, ſenſibilibus imputat. In arcuatis quidem bilis amarorem non linguæ eſſe ipſius, ſed eorum quæ guſtat deputãs. In alijs ue=

ro quibuſdam affectibus ſalſuginem acoremue edulijs ipſis ineſſe imaginãs. Scilicet ſucco qui extrinſecus acceſſit, uicioſum linguę ſuccum, qui prius quieuerat, excitante mouenteq;. Guſtandi aũt ui non eum qui acceſſit, ſed qui in ſe redundat ſentiente. Raro ſane accidit, ſed tñ aliquãdo, ut lingua ex guſtandi perfectiõe priuſq̃ aliquid guſtet, ſuccos quos in ſe habet, ſentiat. Simile huius ſymptoma eſt, ubi in ſtomachicis affectibus, ſuffuſionis imaginatio oculis incidit, uel ſonitus auribus cum nihil extra ſonet, ſed motus ipſe circa cerebri membranas imaginatiões creet, uel odoris in naribus, ab ſucco aliquo in his cõtento. Sed qm̃ de naſo meminimus, qui duplici facultati ueluti lingua ſubſeruit. (Quippe qui et odoratus inſtrumẽtorum et reſpiratus ueluti finis quidam eſt) non alienũ ſit de hoc quoq;, ſicut de prædictis egiſſe. Si enim accidit in eo morbus aliquis, qui eius meatũ uiciet, aut deterius ſentiet odores odoratrix uis, aut oĩno nõ ſentiet. Ergo ſi uel uehemẽter ſit cõtuſus, uel polypo, uel tumore aliquo pręter naturam laboret, ſpiritus uiam occludet. Huius generis eſt et ſi qua circa internam eius membranã incidit phlegmone. Quinetiam quæcũq; in aliqua parte oſſium colatoriorũ, aut etiã in cerebri inuolucris, aut ipſis oſſiũ

Naſum duplici facultati ſubſeruire.

foramentis obſtruūt, hæc quoqꝫ odoratricem uim impediūt. Atqꝫ hoc magis ſi in proceſſibus cerebri, qui ad has perueniūt particulas fiant. At in catarris et corryzis et deniqꝫ ijs quibus ab æſtu, frigore, uel humore oppleti priores cerebri uentriculi ſunt, non locorum modo qui iſtic habentur obſtructio fit, ſed etiam tum ſpiritui ipſi qui in uentriculis eſt, tum cerebro quod hos continet, intemperies quædam accedit. Iam compreſſiones et diuiſiones notabiles cuiuſuis prædictarum particularū, tum nō legitimum odorabilium ſenſum, tū odoratus priuationem inducunt. Vicioſus uero erranſqꝫ ſenſus hoc loco fit, ꝓpter uicioſum aliquem qui in eo continet̃ ſuccum. Qui ſcilicet mali odoris aliquid exhalans, aſcendentes ab admotis corporibus ad odorādi facultatem halitus obturbat: Taleqꝫ eſt in hac facultate hoc ſymptoma, quale arcuatis in guſtatrice accidere eſt dictū. Qm̃ aūt de ſenſibus qui i proprijs et ſibi ad dictis aīalis partibus exercent̃, abūde diximus, age nūc de eo qui oībus qualitercunqꝫ ſentientibus eſt coīs (quem utiqꝫ tactū uocāt) agamus. Sunt igitur huius quoqꝫ ad aliorū portionem ſymptomata. Vtitur aūt is non ꝓprijs appellationibus, ſed coībus. Sicut etiā prædictorum aliqui. Neque enim aut in guſtatrice, aut in odoratrice ui,

De tactus ſymptomatis.

tale aliquod nomen habemus, qualia ſunt in uiſiua uirtute, amblyopia ideſt uiſus obtuſus et cæcitas et paroraſis quædam ideſt uiſus prauitas. In auditrice uero, barycoia. i. grauis auditus, et ſurditas, et obauditio. **Hæmodia.** At Hæmodias ſiue dentium ſtuporis, tum nomen, tum ſymptoma unius tangēdi eſt uirtutis. Cęterum hoc tam in ore q̃ in dentibus poſt acidos et acerbos cibos, incidere maxie cōſueuit. **Torpor.** Torpor uero qui ex tam motus q̃ ſenſus difficultate eſt cōpoſitus, in toto corpore et maxime in artubus, manifeſte uidetur a frigore et cōpreſſione neruoſorū corporū incidere. Ad hæc etiā a torpedinis marinę cōtactu. Si aūt ſua ſpōte nulla tali cauſa præcedēte incidat, oīno uita deſes, et ciborum uel craſſorū, uel lentorum abundantia, uel cōſuetę alicuius uacuationis ſuppreſſio neceſſario antę ceſſit. Causa antecedens et post continens Ac cōtinēs qdem hui⁹ ſymptomatis cauſa eſt, talis quiſpiam in neruo affectus, cuius occaſiōe a principio ad ipſum uirtus tranſmitti ꝓhibetur. porro prohibet̃, ſiquidem meatū aliquem neruus habet, qualem qui ad oculos deſcendūt manifeſte habere cernūtur, uel ex obſtructiōe, uel cōpręſſiōe, Sin aliter, ex conſtipatione uel frigore. Atq; quod aīalis quidem uirtus, ſiquidem meatum aliquem tanq̃ certam uiam a cerebro per neruum habet, hoc obſtructo impedietur, cuiuis arbitror pateat. Quinetiam quod cõpreſſo extrinſecus neruo, anguſtia meatui eius continget, ne id quidem ullum lateat. Quod autem et ſi nullus ſit meatus, ſed tanq̃ per aquam uel aerem ſolis radij tranſeũt, ſic principij uis per ipſum corpus neruorum permeat, cum hi ad craſſiorem habitum ſunt mutati, trãſitus impedietur, nec id mihi longis ꝓbationibus egere uidetur. Recordanti præſertim ea quæ in aqua et aere eueniũt. Quippe in aere nebula, et fumus et nubes In aqua, lutum et limus, ſolis ſplẽdorem, quo minus per ea ſincerꝰ ꝓcedat, impedimẽto ſunt, ac uetãt. Ad eundem igit̃ modum et neruus, ſi craſſiore habitu et duriore q̃ pro ſua natura ſit redditus, uirtutis trãſitum ꝓhibebit. Sane craſſiore habitu erit, ſi uel glutinoſis, uel craſſis alatur ſuccis, uel uiolento frigore ſit ſtipatus, Si aũt a duro aliquo corpore quod illi extrinſecus innitatur preſſus: ne ſic quidẽ uirtutis trãſitum non morabit̃. Proinde nerui qui uel funiculis, uel manibus ſunt cõſtructi, et qui ab externo aliquo, quod uel phlegmone ſit obſeſſum, uel cum ſenſus noxa duratum (ſcirrũ uocãt) præmũtur, et qui aut luxatis aut fractis oſſibus anguſtãtur, oẽs principio quidem torpent, Poſtea uero oĩno ſenſus motuſqꝫ expertes fiunt. Et uocat̃ qui-

Si nullus in neruo ſit meatus quomodo ꝑ eũ trãſmutat̃ uirtutis a cerebro.

Paralyſis.

Ex ſpinalis medullę lęſione ſymptomata.

dem eiuſmodi neruorum uicium gręce paralyſis id eſt neruorum reſolutio. Quæ cum in eodem ſit genere cũ torpore, magnitudine certe ab eo differt. Ac ſi in oẽs incidat neruos, illico totũ corpus ſenſu motuqꝫ priuat, ac mortem celerem reſpiratus priuatiõe infert. Si aũt ſpinalis medullæ principiũ ſit lęſum, particulis quæ in capite ſunt ſolis quoaduiuit homo, tum ſentit, tum mouet̃. Sin in cerebro ipſo lęſio incidat, ſtatim oĩbus partibus impotẽs inſenſibiliſqꝫ efficit̃. Viuit aũt uteruis horũ tanto tempore, quanto uiueret ſi angina pręmeret̃. Quibuſcunqꝫ uero ſpinalis medulla infra neruorũ exortum, qui pectus dilatãt eſt lęſa, ſiue uertebra aliqua loco ſuo mota, ſiue etiã aliter, ſi magna quidem eſt lęſio, inſenſibiles immobileſqꝫ oĩbus quę infra ſunt partibus ſtatim fiunt. Sin parua eſt noxa, torpent hí, non tamen moriũtur, propterea quod reſpiratio ijs illęſa manet. At brachiorum ſenſus ijs quibus ſpinalis medulla circa quintã uertebrã eſt uiciata, totus ſimul cũ motu amittit̃. Quibus aũt circa ſextam, non totus. Quippe primæ brachij partes illeſæ perſtant. Iam multo etiã minus eius deſyderatur, ſi circa ſeptimam uertebram male ſit affecta. Quod ſi circa octauam ſit lęſa, q̃ minimũ eius requirit̃. Ac ſi quæ poſt hanc habet̃, iniuriam eſt

paſſa,

[illegible]

paſſa, prorſus nihil mali brachijs accedit. Cæterũ quibus ſpinalis medulla in collo eſt uiciata, ijs omnibus uox adimitur. Quibus circa dorſi uertebras eſt læſa, ijs utiqꝫ non tota. Verum quantum eius, ſecũdum unamq̃qꝫ, definitũ in ijs eſt quæ de uoce ſcripſimus. Nũc enim mihi uideor plura q̃ pro inſtituto dixiſſe. Neqꝫ enim oĩa ſymptomata membratim perſequi, hoc opere eſt ꝓpoſitum. Sed ea in gñales cauſas reducere. Illud ergo generatim mihi de omni ſenſus lęſiõe ſit dictum, quod a quibus neruis ualentibus ſuppeditatam ſibi uim habent, ab ijſdem male affectis lęduntur. Quod ſi quis cuiuſqꝫ nerui noſſe uim ſtudet, eorũ qui ad reſpiratũ cõducũt, in libro qui de reſpiratiõe inſcribiť uim diſtat. Eorum uero qui ad uocem, in opere quod de uoce habet titulum. Ergo de his alibi ſcrupuloſius eſt ꝓditũ. Qui aũt colli, capitis, abdominis, brachiorum, et crurũ, partibus nerui ſubminiſtrent, non alij modo ante nos non incõmode ꝓdiderũt, ſed ipſi quoqꝫ in libris de diſſectione adminiſtrãda ſcripſimus. Ac ꝓpoſitus quidem nobis ſermo erat, de ſymptomatis quæ ſenſus comitanť. Qm̃ autem partes quę per neruum aliquem uolũtarie mouentur, eędem ꝓtinus ſenſum quoqꝫ per eundem poſſident, duplicem ijs noxã ex nerui iniuria neceſſe eſt accedere.

Huius operis propoſitum.

Generale de omni ſenſus læſione.

Quæ per neruũ aliquem mouenť, per eũdem etiam ſẽtiũt.

accedere. Alteram ſenſus, alteram motus. Qui igitur fit, quod uidẽtur particulæ quædam ad uoluntarias quidem functiones reſolutæ eſſe, et tamen ſentire? Rurſus aliæ moueri quidem, minimé aũt ſentire?

Dubitatio.

Sane in lingua et oculis nulla ſit dubitatio, propterea quod hæc duplici neruorũ genere ſunt prædita.

Solutio.

At in quibus menbris duri tantum nerui ſunt, in ijs diſtiguẽdus ſermo ad hũc modũ eſt. Si cute ablata, ſubiectus ei nudus muſculus immobilis appareat, tangentem tamen ſentiat, paruam illi noxam incidiſſe eſt putandũ. Vt pote per quã minime ſtetit quin tantũ aĩalis uirtutis ceperit, quantum ad ſentiendũ quidem eſſet ſatis, ad muſculum mouendũ non ſatis. Conſiſtit enim in patiẽdo magis, q̃ agendo, tangendi ſenſus. Itaq; etiam parua uirtute perfici poteſt. Muſculorũ motus, cũ agendo, non aũt patiẽdo obeatur, (totũ namq; corpus ab hoc tranſfert̃) multa eget aĩali uirtute. Contra uero nunq̃ deprehẽdas, muſculum ullũ moueri, ut idem nõ ſentiat.

Nullum muſculum moueri qui idem non ſentiat.

At ſi ſuperiacẽs muſculo cutis ſenſum amiſit, ipſe aũt moueat̃ nihil eſt quod mirere.

Obiectio.

Veluti nec ſi duorum muſculorum, alter moueat̃, alter moueri non poſſit, aut altero ſentiente, alter ſit inſenſilis.

Solutio.

Sicut enim in ijs alterius lęſum neruũ eſſe, alterius integrũ licet. Sic is qui in cutem diſpergitur, iniuria affectus eſſe poteſt, qui aūt in muſculum, minime eſſe affectus. Contraq; qui in cutem ſpargit̃ nullam eſſe paſſus iniuriam, qui in muſculo eſt, non eſſe noxę expers. Ac de ꝓpoſitis ſymptomatis, hæc ſatis. Delectatio aūt et dolor oibus ſenſibus cōtingūt, non tamen pari euidētia, Sed in oculis minus q̃ in cæteris euidenter. In tactu aūt et guſtu, maxime luculēter. Ab ijs deinceps in odoratu, et poſt hūc in auditu. Quę nam igit̃ eſt tum omnium cois, tum cuiuſq; cauſa ꝓpria? Sane cois ea eſt, quam Plato in timęo reddit ſic ſcribens. Violenta paſſio quæ præter naturam eſt, cum ſimul multa et celeriter fit, dolorem affert. E diuerſo, quod ad ſuam naturam uniuerſum et celeriter redit, iucundum eſt. Quod aūt ſenſim et paulatim fit, ſenſum latet. Atq; ita quidem Plato. Hippocrates uero eo antiquior, Ijs inquit quibus natura alterat̃ et corrumpitur, dolores fiūt. Quippe illud, Corrūpitur, celeritatem ſimul ac magnitudinem mutatiōis indicat. Sane tactui accedūt magnæ mutatiōes naturæ, a frigidi, calidiq; uiolento cōtactu. Pręterea ab ijs quæ quaſſandi, uel diſtendēdi, uel exedēdi uim habent. Quippe humidum et ſiccum, ſi abſint calefactio et refrigeratio, citra uiolētiam corpus contingūt. Id quod opus de ſimplicibus medicamētis

Delectatio et dolor in quibus ſenſib. euidētius apparent.

Delectationis et doloris gn̄alis cauſa.

Plato.
Hippocra.

Calidū et frigidū magnope tactus naturā mutare.

Cur nigrũ iucundum oc'lis non ſit.

Minus infeſtare q̃d nigerrimũ eſt q̃ quod ſplendiſſimum.

fuſcũ. Illud quidem quod ſubſtãtiã eius ſegreget ſimul ac reſoluat, hoc quod citra uiolentiam cõgreget. Neqꝫ enim ꝑfecto ſola congregatio ſatis eſt, Cum ſic nigrum quoqꝫ iucundum eſſet, Nunc aũt ſic non eſt. Cum enim uiſus ſubſtãtiæ ſit cõtrariũ, uiolentius eam cogit, q̃ ut eam ad naturam reducat. At uero quod nigerrimum eſt, eo quod ſplendidiſſimũ eſt, minus infeſtat. Non utiqꝫ quod contrariũ minus ſit triſte, q̃ exceſſus qui eſt in genere cognato. Quippe hac ratiõe magis cõſtriſtaret nigrum, q̃ quod eſt ſplendidiſſimum: Sed quod uiſus inſtrumentum ſit ſplendidum, Talis uero ſubſtantia ois, ſubtiliũ ſit partium, Nigrum uero ſemper craſſarum. Eſt aũt perpetuo quod tenuium eſt partiũ, magis actiuũ natura, q̃ id quod eſt craſſatum. Ergo cum inter ſe cõmittũtur quod tenuium partium eſt, et quod craſſarũ, remiſſius agit quod craſſum eſt, in id quod tenue, quatenus ſcilicet id a tenui potius pati eſt natum. Ita igit̃ et ſol uiſum offendit, quod cũ magis tenuis ſubſtãtiæ ſit, facile eũ ſegreget. Ac cognatiõe quidem ſubſtãtię, minus cõtriſtat, q̃ ea quæ ſunt cõtraria, ſed cũ actiõis uehemẽtia ſit uiolentior, hoc ipſo celeritatem quoqꝫ ad uiſus noxam optinet. Quod enim in minimo tempore uiſus noſter a ſolis ſplẽdore patit̃, id non niſi in plurimo ſentit, ubi oino nullum ſplēdorem uidit, ſed in ꝓfundis tenebris eſt uerſatus. Quippe is quoq; ad lucem reductus, uidere non poteſt, eo quod extinctus ad quendam modum craſſatuſq; ſit, ac tenebroſus effectus. Iucūdiſſimus igitur merito gratiſſimuſq;, ceruleus color uiſui eſt: Si tamē is a ſole non eſt digeſtus. Huic enim cū utiq; laborat, cōtrariū remedio eſt. Sicut ei qui laborauit quidem, ſed iam ſanus eſt, ceruleum aut fuſcum ſaluberrimum eſt ſpectrum. Vt pote quod nec eum ſegreget, ueluti tum albū tum ſplēdidum, nec cogat et extinguat, ueluti nigrum. Ac fuſcum quidem ex albo et nigro ſimul mixtis efficitur. Ceruleum uero ex albo ac ſplēdido tum coeuntibus, tum in ſaturum nigrum incidētibus. Sic enim nos Plato de ambobus docuit. Ergo hi colores ex cōtrarijs immodiciſq; mixtis, medij ac mediocres fiūt: qui et exceſſū utrūq;, quo uiſus lędit̄, declinēt, et mediocres ipſiꝰ fatigatiōes recreent. Nō ſecus q̃ morbos qui ex ſegregatiōe ꝓueniūt nigrū. Sane uoluptas quę ab ijs ꝓuenit perinde euidēs nō eſt, ac i alijs fit ſenſibus: ꝓpterea ſcilicet quod nec dolor par erat. Quippe ſubſtātiæ tenuitas ī uiſu necdū ſegregat̄, ꝓpter ſubſtātię cognationē, uiolētū aliquid patit̄, qñ ad quod ducit̄, ipſe ꝑ ſe prior ꝓperatq; neq; dum

Ceruleum colorem viſui gratiſſimum.

Fuſcū vnde cōſtet.
Ceruleum vnde componatur.
Plato.

Iuuare aliquādo linguā etiam dulce qd in ſe habet.

hic ſuccus pituitæ ſpecies eſt. Quoties aūt effuſum a uenis ſanguinem, lingua ut dulce ſentit, tale quid patitur, quale ab extrinſecus admotis. At in odorādi facultate, externorum quidem, tum iucundorum, tū triſtium ſenſus perinde ſe habet, ut in guſtatrice. Halitus uero quos in ſe habet, graueolentes quidem, ut dictum prius eſt, aliquando ſentit. Bene olentes aut in ſumma iucundos, non ſentit, ueluti nec uiſus nec auditus. Hi namq; ſenſus cum tenuis ſubſtātiæ, ſint, nulla in ſeipſis ualida paſſiōe afficiuntur. Tactus uero et guſtus uehemens quidem tale aliquid, nec ipſi ſentiūt, confuſum tamen eiuſmodi aliquid nonnunq̄ patiūtur. Lingua quidem (ut dictū eſt) a dulci in ſe pituita. Quam Praxagoras et Philotinus ſpeciali magis noīe dulcem ſuccum appellāt. Tactus uero ipſum motum in ſe non raro ſentiēs, qn̄ ſcilicet ijs quæ ipſum exaſperant uel cōcoquēdis, uel diſflandis, uel ſenſibiliter excernēdis ad naturam ſuam reuertitur. Quinetiā qui laſſitudine laborant, ubi molli frictione, uel in balneo loti, ab ijs quieſcunt, euidentem ſentiunt uoluptatem. Iam magis etiam ſub iam dictis motibus, in laſſatis ipſis particulis, dum ad ſtatū naturalem redeunt, oblectantur. Sane non ſolum lauando, et molliter cū largo oleo fricādo, uoluptas

Praxagoras. Philotimus.

laſſatis partibus accedit, ſed etiam in maioribus doloribus pertractatio quæ mollis blanda et lenis ſit, ſolatiũ quoddam non exiguũ affert. Cæterum talia externa ſunt, dicendumq; de ijs oĩbus deinceps. Quippe de odorabilibus nihil opus eſt pluribus diſſeramus, quum ſe cũ guſtabilibus ad portionem habeant. Delectamur igitur in hoc ſenſus genere (ut uno uerbo dicam) dum ad naturalem ſtatũ reducimur. Cõtingit aũt id nobis ſemper per cõtraria. Modo ſaltẽ prout cõſentaneũ eſt contrariũ quis accipiat. Eſt autem cõſentaneum in oĩbus talibus id accipere, quod primũ, et ſecũdum ſe, nec per alterum interpoſitum finis ſit cauſa, non quod græce procatarchon latine externam cauſam uocãt. Id quod Hippocrates tum in alijs multis nos admonere uidetur, tum cum ait, Eſt ubi in tetano quod citra ulcus fit, iuueni bonæ habitudinis ſeu quadrato, frigida æſtate media largiter affuſa, repercuſſum caloris facit. Calore aũt hæc liberantur. Quippe ſi quis de ijs incõſyderatius iudicet, putabit aliquid eorũ quę præter naturam ſint, aliquando per ſimilia percurari. Veluti tetanum a frigida lauatiõe. Secus tamen ſe habet ueritas. Cum perpetuo talia oĩa ad naturalem ſtatum per contraria redeãt. Sicut etiã tetanus per caloris repercuſſum.

προκαταρχον

Hippocra.

Acſi

Ac ſi quidem ſimul et celeriter id fiat, Sanatio cum delectatione perficitur. Sin paulatim, inſenſibilis erit ad naturam reditus. Similiter aũt de abitiõe a naturali ſtatu ad non naturalem eſt ſentiendum. Quę enim ſimul multa et celeriter fit, et uiolenta et cum dolore oĩno eſt. Quæ paulatim, inſenſibilis. Proinde cum non naturalis affectus qui paulatim in noſtris corporibus cõtrahit̃, nullum ſui ſenſum excitet, eius ad naturalem ſtatum reditus, cũ uniuerſim et celeriter perficitur, non ſolum ſentit̃, ſed etiam dectationem ſecum affert: Potiſſimũq; qui a maxĩe nobis cognatis efficitur. Cuiuſmodi ſunt in guſtu quidem, dulcia. In odoratu, quæ ijs proportione reſpondẽt. Vocãtur aũt odorata ſiue odorifera. Egregium uero proprium quiddam habet generatricium particularum ſenſus: Propterea quod etiam facultatem habent ualentiſſimam. In mari quidem, ſeminis expultricem, In fœmina uero, tũ hanc ipſam in teſtibus et ſeminalibus uaſis, tum attractricem in toto utero. Coniũxit enim natura et cum ſeminis effuſione, et cum eius conceptu, ingentem cupiditatem ſimul ac uoluptatem. Cæterum offenſa redundãtis et intus manẽtis ſeminis, quod paulatim multo tempore, ac idcirco plus colligit̃, q̃q̃ magnopere infeſtet, ſicut alibi dicemus,

delectationem

De gñatricium partium egregio ſenſu.

impar tamen eſt magnitudini uoluptatis, quæ in uenere ſentitur. Offendētis enim expulſio ſimul et celeriter facta, etiam delectatiōis magnitudinem celeritati reditus ad naturam, proportiōe reſpondentem habet. Reliquum aūt fuerit de ijs ſymptomatis quæ circa os uentris cōtingūt (cor uulgo appellāt) diſſerere. Sunt enim hęc quoq; ex tactorio genere. Cæterum nullū membrorū aut ita exactū habet ſenſum, aut ita utrunq; principium una ſecum afficit, ſicut os uentriculi. Nominatur aūt in cōſuetudine non uulgo ſolum, ſed etiam a medicis ſtomachus. Quæ namq; ſtomachicę uocātur ſyncopæ, huius particulæ ſymptomata ſunt. Quemadmodum et cardialgiæ, quæ ab altera eius appellatione nomen ſunt ſortitæ. Inducit præterea et diſpnoeas et apnoeas et demorſus et epilepſias et deliria et melancholias. Atq; hæc quidem oīa ſocietatis ratione. In appetētias uero et diminutas uicioſasq; appetētias, per ſeipſum. Porro uicioſarum, aliæ ad immodicum cibi et potus ſumptionem ſūt deditæ, aliæ ad alienarum qualitatum deſyderium ꝓpenſæ. Dicendum ergo ordine de oībus, initio a proprijs eius ſymptomatis ſumpto. Sequunt̃ hæc ipſas naturales particulæ functiones, quarū utiq; gratia maximos a cerebro requirebat neruos. Pro-

De ſymptomatis quæ circa os vētris accidunt.

vero autem de [illegible] [illegible] [illegible] prorſus appe[illegible] diminutas vero [illegible], [illegible]

De proprijs oris ventris ſymptomatis.

pter

ꝓpter quos etiam excellentiam hāc ſenſus præter cęteras particulas poſſidet. Nam quoniā cute tenus unūquodq; animal in ambiētē aerem digerit̄, accidit ut mēbra quę ſub ea ſunt, prima uacuent̄. Quorum ingenita uis (ut in opere de naturalibus facultatibus a nobis eſt monſtratum) ex proximis ſibi alimentum trahit, id ſcilicet quod uacuatur reſiciens. Deinde rurſus illa, ex ijs quæ ſibi ſunt proxima, Sicut quæ tertio loco ſunt poſita, ab ijs quæ ſibi. Atq; ita ſemper per continuum, ueluti in choro quopiam tranſlatione celerrime facta, ad uenas quæ ad uentriculum pertinēt, uacuatio peruenit. Hę uero et ſolent pariter, et natæ ſunt ex uentriculo nutrimentū trahere, perinde ut ſtirpiū radices quæ in terrā ſūt dimiſſæ, ab ea. Cū enim hoc opus uniuerſum naturale ſit, non animale, ſimiliter in ſtirpibus, et aīalibus perficit̄. Ac in ſtirpibus quidem, terra perpetuo paratū largumq; alimentum rigātis ritu ſubminiſtrat. Quādiu cęlitus temporum ſtatus ꝓ natura ſe habet. Quando ſi ex terra ſqualoris exceſſu, ſiccatus eſt humor, ſtirpes nutrimēti penuria marceſcūt. Animalibus aūt, utpote terræ non affixis, præter utiq; pauca quædam, natura uentrem pro nutrimēti ueluti penu fabricauit. Dedit aūt aīalibus et penuriæ ſenſum, quo ſcilicet ad cibum potionemq; proritata, in tempore expleantur. Vocaturq; eiuſmodi implendi deſyderium, appetẽtia. Fit aũt ex penurię ſenſu. Cum ſcilicet uenæ ex ipſo uentriculo, ueluti emulgẽtes ſugenteſq; aliquid trahũt. Non ferens autem eũ ſuctum uentriculus, ſed ueluti diuulſus, offenſę eius medelam cibum cõparat. Quippe uenę hoc pacto ad obiectos cibos cõuertunt. Atq; ex ijs nutrimentum trahũt, nequaq̃ ex uentriculo, Fitque poſt cibi ſumptionem, ut et uenæ ſimul ad cibos ſe conuertant, et uentriculus ex ijs, quãtum prius per uenas eſt exhauſtum, in ſeipſum trahat. Ac ſuctus quidem ipſius ſenſus, fames eſt. Reliquorum duorũ, alterum uenarum ſuctum præcedit, uocaturq; appetentia, omonymos cum altera. Eſt aũt naturale opus, non animale. Talem uero appetentiam uacuatio pręcedit. Exiſtũtq; in totum quinq; ſymptomata, ordine quodã ſeſe deinceps ſequentia. Quorum primũ uacuatio eſt: Secũdum uacuatarũ appetẽtia naturalis: Tertium, uentris ſuctus: Quartum eius ſenſus: Quintum appetentia eius aialis, quæ omniũ eſt ultima. Itaq; etiam huius actionis amiſſio, aut eo accidit, quod ſenſus ſuctus ſit amiſſus, aut eo quod ſuctus non fiat, aut eo quod corpus non uacuetur. Ad eundem modum exiguæ et

Appetẽtia quid.

Fames quid.

Appetẽtia naturalis.

Quiq; ſymptomata ſe deiceps ſequẽtia.

Aialis appetentiæ amiſſę cauſę.

Iacentis appetẽtiæ cauſę.

Viciosæ appetẽtiæ cauſæ.

Caninæ cauſæ.

languidæ appetentiæ erunt, non perditis ijs quæ diximus, ſed prope ut pereant perductis. Viciosæ uero appetentiæ quæ quidem in quantitate modũ excedunt, uocãturq; a quibuſdam Caninæ, tũ exiſtunt, cũ uel acidus quiſpiam uicioſus ſuccus uentriculum mordet, uel totum corpus immodice digeſtum, inops alimenti redditur. Vicioſus namq; ſuccus, qui frigidus eſt, ſimilem ſuctui morſum infert. Appetentiam uero priuat, naturalis affectus ſimilitudine. Alimenti aũt non potus deſyderium excitat, ꝓpter frigus. At uicioſo ſucco qui ſalſus et bilioſus ſit, uentrem mordẽte, potio magis q̃ cibus appetitur. Præterq̃ enim quod calefiat, ſicceturq; ab eo uentriculus, quæ utiq; ſitis cauſa eſt, etiam liquari fundiq;, tum in eo, tum uenis ſuccos contingit. Fundendorum aũt ſuccorũ ſymptoma, ea quibus cõtinentur implet. Quemadmodũ (arbitror) frigiditas uacuat. Itaq; etiam non parũ ad eſuriem, frigiditas eorũ quę in uentre habẽtur, cõfert. Cum et corpora eorum tunicasq; uacuet, et cogẽdo conſtringendoq; ad appetentiam irritet. Non eſuriendi uero, continens ĩ primis cauſa eſt, caliditas, ut quę ſolida corpora laxãdo reſoluat, atq; ad tractũ, imbecilliora reddat. Liquida, liquãdo amplius extendat. Atq; una quidem caninæ appetẽtiæ cauſa

Sitis cauſa.

Non eſuriẽdi cauſa.

Altera caninæ appetẽtię cauſa.

eſt, uicioſus is ſuccus qui acidus eſt. Alrera(ut dictum eſt)amplior per totum corpus uacuatio, quę uel caloris robore, uel retẽtricis facultatis imbecillitate ſit illata. Proinde in priore affectu accidit, ut plurima ſumptorũ incidat deiectio. In ſecũdo, ceu qui ex uacuatiõe habitus ſit conflatus, alimentũ in corpus deduci. Atq; immodicę quidem et appetentiæ et fames ob hæc fiunt. Vicioſas aũt qualitates cõcupiſcũt hi, quibus uentris tunicæ uicioſum aliquod excremẽtum imbiberũt. Solet id maxĩe mulieribus, quę uicioſi ſint ſucci, cũ grauidę ſunt incidere. Vocaturq; affectus græce citta, picationem aliqui latine appellarũt. Appetũt aũt ſub hoc affectu, acuta maxime acerbaq;. Aliquãdo uero acria, ſicut nonnunq̃ uel terram cimoleam, uel teſtas uel extinctos carbones, tale ue aliquod alienum edulium. Porro ſic afficiũtur earum plereq;, uſq; ad ſecundũ et tertium menſem. In quarto uero deſinũt, partim uomitione, uacuato uicioſo ſucco. partim tempore cõcocto, Scilicet muliere ipſa prę cibi auerſione, exigua cõmedente, partim etiam abundãtia ipſa humorũ uacuata. At primis duobus mẽſibus parum ſãguinis in fœtum attrahit̃. Vt pote adhuc minimum, cum ſcilicet quod in utero eſt hoc tempore, nec embryon græce uocet̃, ſed cyema adhuc,

Vicioſæ appetẽtiæ cauſæ.

Kitta.

Quandiu picatiõe laborent grauide.

ſiue uteri geſtatio. Hoc tamen auctius redditum, tum ipſum ampliore nutrimento utitur, tum non ſolum quidquid optimum in uenis eſt, id attrahit (ceu prius dixi) ſed etiam quia plus indigeat, eius quod uicioſum eſt, aliquid una cōtrahit. Atq; ita totum corpus, tum plenitudine laborare deſinit, tū minus uicioſo eſt ſucco. Ipſe aūt foetus alimenti quod attrahit excremēta, in duplicibus mēbranis reponit. Ac fit quidē magna ex parte ipſe quoq; et uicioſioris ſucci et intemperatior, utpote ex uicioſo nutritus ſāguie. Niſi ſi quę eū geſtat in reliquo geſtatiōis tꝑe, ſalubribus utať alimētis. Verū hoc nihil ad rem ꝓpoſitā. Vicioſę aūt qualitatis appetentia, de qua diſputās picationis memini, aliqñ in uiris quoq; icidit. Cū ſcilicet ijs quoq; in uētris os, ſimilis aliquis uiciat⁹ ſuccus ꝓcubuit. Atq; hęc ꝗdē circa cibi appetētiā, ſymptomata fiūt. In potionis aūt appetētia, altera totidē ijs ſimilia. Quę ꝗdem ueluti priuatio deſyderij potus eſt, cū corpus uel ꝓpter exceſſum humoris et frigoris oīno potione non eget, uel uenter offēſam ex deſyderio in ſe non ſentit. Quæ uero diminuta eſt appetētia, cum eadem ipſa remiſſiora ſiūt. At quæ uicioſa eſt, ad portionem ſe habet, cum ea quæ circa alimentum eſt praua. Aliquādo quidem immodicum poſtulans

potum

Viros quoque aliqñ vicioſa appetere.

Potionis appetētiæ ſymptomata.

potum, utiq; cum in ipſis uentris tunicis, malus quiſpiam ſuccus ſalſus aut bilioſus cõtinetur. Aliquando aũt naturali humido in eo ueluti feruẽte, Alieni uero deſyderãtur potus, perinde utiq; ac cibi, prò dominãtis uicioſi ſucci ratiõe. Atq; hęc quidem in longo tempore iijs qui uicioſa uictus ratiõe ſunt uſi ſuperueniũt. Inexplebi uero nouimus cruciari ſiti, ex qua etiam periere, tum eum qui uiperã comederat (erat aũt dypſas) tum meſſores, qui uinum in quo talis ſerpens fuerat merſa biberãt. Tũ eum qui uetus uinum uſq; ad ebrietatem hauſerat. Non minus eũ qui pertinaciter ſuſtinere ſitim ſibi imperauerat. Ad hæc alios in nauigio cui deficeret aqua dulcis, quorum qui auſi ſunt marinã bibere, cum immodice ſupra cæteros ſitirent, quidam etiã eorum et fluxà eſſent aluo, nec id ſine morſu uehementi, celerius q̃ alij perierũt. Vidi aũt et ex iijs qui ardẽti febri laborarãt, quendam cũ morbus inualeſceret: et frigidã impudẽter bibere, nec unq̃ quoad moreretur expletum. Ac talia quidem et tot numero circa uentris appetentiam ſunt peccata. Superq; cardialgia, quod oris uentris infeſtũ eſt ſymptoma, a ſuccis mordẽtibus ꝓueniens. Præter hæc eſt quod bulimos gręce dicitur. Eſt aũt ſymptoma ex indigẽtia ſimul imbecillitateq; et refrigeratione

Cardialgia.

Bulimos.

Cur animi deliquia & ſyncopæ ex oris uē-tris noxa proueniāt.

huius loci ortū. Nec eſt mirandum ſi eius dolores, tum animi deliquia, tum uirium defectus comitātur, Vbi enim ex digiti ad aliquid offenſiōe, uidenť aliqui animo linqui, mirum ꝓfecto non eſt, ex ſtomacho id pati, et propter eximium eius ſenſum, et quod ſitus ſui uicinitate, duo principia promptius in ſocietatem doloris adſciſcere poſſit. Maximaqꝫ ſymptomata maxīe ſenſibiles ſtomachos ingerere deprĕhēdas. Vtpote qui magis q̃ alij ex quolibet infeſtāte cōtriſtentur. Eoſdem etiam utriqꝫ principio ſuam offenſam trāſmittere inuenias. Cum aūt uniuerſum quoqꝫ neruorū genus in quopiam magis ſenſile, magiſue patibile eſt, tum utiqꝫ uel maxime ipſa quoqꝫ principia in ſocietatē noxę promptius trahūtur. Cum uero, ſiue ex affectu aliquo, ſiue etiam natura infirmiores nerui ſūt, ſi quatuor ſimul cōfluāt, maximū neceſſe eſt fieri ſymptoma. Quatuor intelligo, tum affectum, qui ſtomacho nocet, cum ſcilicet uehemēs eſt, tum ſenſum eius, quum maxīe eſt acer. tum neruorū arteriarum ue genus, quum eſt imbecillum, ad hæc etiam uel cerebrum ipſum uel cor infirmū. Ita namqꝫ et comitialibus morbis, et caris, et comatis, et catalepſi, et delirio, et melancholijs, quidam ex ſtomachi uicio corripiunť, utiqꝫ cum principium quod in cerebro

Si quatuor cōfluūt, maximum fieri ſymptoma.

por la [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] liberata eſt.

et

Cardiacę ſyn

et neruis eſt, ſimul afficit. At quę cardiacę uocant ſyncopæ, tum incidũt, quum quod in corde et arterijs principium habet, cum ſtomacho laborat. Ad eundem modũ et pulſus priuatio, itemq́; tum paruitas eius; tum prauitas. Apnoeæ uero, id eſt reſpirationis defectus, cũ utrũq; principiũ in magni doloris ſocietatem eſt adductũ. Sane diſpnoeę etiam duplici ratiõe ꝓueniãt, Alias tranſuerſi ſepti anguſtia, alias utriuſq; principij ſympathia. Sunt aũt occaſiões quę animal ad eiuſmodi ſymptomata ducũt, non paucæ. Nam et ualida refrigeratio, interim quidem ipſa per ſe, iterim uero ex pituita, quæ ad modũ ſit frigida. (Eſt aũt talis maxie quæ fuſo uitro colore ac cõſiſtentia ſit ſimilis, quem uitreum ſuccũ Praxagoras et Philotimus nominãt) Nõ minime uero ex ſpiritu ꝗ flatuoſus ſit idemq́; frigidus, aut ex potu, aut cibo, aut medicamento aliquo, quod ualde ſit frigidum, non ſolũ ipſum os uẽtris ꝑfrigerat, ſed etiã una cũ ipõ per neruos quidem cerebrũ, per magnã uero arteriã cor ipſũ frigidum reddit. Neruoſi quidem generis ſocietate cerebrum, Situs aũt uicinitate cor. Poſtq̃ enim maxima arteria a corde exorta, ſuper ſpinam deſcẽdit, Primum quidem gulæ, tũ iungitur, tum per membranas annectitur. Poſt hanc uero, et ſub os uen-

Occaſiões maxie ex oris uẽtris ſymptomatum.

Arteria

tris, et ipſum uentrem per longitudinem porrigit̃, infraq; ꝓcędit. Ac per hanc quidem arteriam quæ et maxima eſt, et ex ipſo corde naſcitur, alterū principiorum cū ore uentris ſimul afficitur. Per neruos aūt cerebrum. Nihil igit̃ miri eſt, ex eius ęgritudinibus, maximis et uehemētiſſimis ſymptomatis animal torqueri. Ac quis quidem cuiuſq; ſymptomatis generādi ſit modus, in ſequētibus dicet̃. Ad pręſens occaſiones ipſas dicere ſat habeo. Hæ ſunt fungi quidem, et bupriſtæ, et ceruſa, et gypſum, et lac cōcretum, et uteri perfrigeratio in uiduis, et ijs quæ non purgātur, præterea quæ in uiris ad horū portionem fiūt. Dicetur etiam alibi de reſpiratus priuatione ſeorſum. Ac tum de ſenſorijs oībus, tū quę i his ſūt facultatibus, iam mihi abſoluta diſputatio uidetur. Nunc ad ipſam eorum originem, et quæ ex ſe ueluti fonte membratim ijs uires tranſmittit, cōuerti tempeſtiuum uidetur. Eſt aūt ea, id quod primum ſentit. Quippe cuiuſq; ſenſus alteratio quæ a ſenſibilibus infert̃, in ſingulis inſtrumentis perficit̃. Eius aūt ſentiendi uim habet, ipſa quę alteratur particula, ex eo quod a cerebro delatam ad ſe per neruum uirtutem recipit. Ipſum namq; cerebrum ſentiens organum a natura cōditum non eſt, ſed quod ea quæ ſentiant ſentire poſſit. Quod

De ſymptomatis primi ſenſus.

autem per neruos ſemper ſentiendi uim oībus animalis particulis tranſmittat, inde maxime liquet, quod præciſo neruo quolibet, illico particula ĩ quā diſpergit̃, ſentiendi uim amittit. Liquet aũt non ſecus, et quod in ſomno aut oīno feriẽtur ſenſus, aut exiliter et obſcure agant. Rationabile ergo eſt exiguum uirtutis a principio in ſingulos tum cõfluere. Et profunde quidem ac non profunde dormire, (ſicut uulgo loquimur) ex quãtitate influẽtis uirtutis cõtingit. Cum tanto minus eius influere ſit credibile, quanto ſomnus eſt ꝓfundior. Igitur in toto eo tempore uidetur aīalis uis quieſcere, naturalis autem uehemẽtius operari. Id aũt inde adeo cõiectet quis, ſimul quod fatigata prius, poſtq̃ dormitum eſt, uires recipit, potiſſimum ubi poſt mediocrem cibum eſt dormitum, ſimul quod dormientibus nobis nutrimentum non in uentre modo, ſed etiam in tota aīalis mole cõquoquitur. Eſt alioqui non incredibile illud quoq; membrum quieſcere, in quo ratonalis animæ principium reſidet. Quippe cor breuibus intermiſſionibus uidetur hoc facere, Ita ut multo tempore ad requiem nõ indigeat. Cerebrum autẽ non ita, ſed in uigilijs ſemper exercetur, in ſomnis quieſcit. Eoq; fit, ut qui liberalius ſe exercitarũt, eos altior ſomnus premat. Tanq̃ mul-

Cerebrum per neruos cũctis aīalis partib⁹ ſentiendi vim mittere.

Profundi et nõ profũdi ſomni cauſa.

Aialẽ uim in ſomno quieſcere naturalẽ operari.

[illegible]

Somni cauſæ.

Ariſtoteles.

tę ijs uires cum laborarent, a principio defluxerint. Igitur cerebrum, tum ꝓpter uirtutis quã tranſmiſit abſumptionem, tum ꝓpter ſatigationem, qua propter multos labores eſt affectũ, et requie ſimul et refectiõe eget. Veluti aũt ab exercitationibus et et promptius et ꝓfundius domitur, ſic et a ſumpto nutrimento. Quantoqꝫ id humidius natura fuerit, tanto magis ſomnum cõciliat. Idemqꝫ accidit et ijs qui pluſculum uini biberũt, et qui caput liberaliter in balneo calido lauarũt. Quippe oia talia uident̃ cerebrũ humiditate implere. Qua utiqꝫ indiget, ubi in multo negocio et ſatigatum eſt, et ſiccatum. At uero quod caput impletũ ſomnum afferat, mõſtratum ab Ariſto. abũde eſt. Nec eſt quod de ea re nos nunc quicq̃ agamus. Qui eni libros eius de ſomno et uigilia leget, tum hoc ipſum quod capite repleto ſomnus aiali ſuperueniet, clare perſpiciet, tũ quod apud eum in ſermone claudicat, intelliget. Quanq̃ enim et ad ratiocinãdum ſit uehemẽtiſſimus, et ad diſceptationem quocũqꝫ uelit probabiliter perducẽdam maxie potẽs, tamen cur capite repleto primus ſenſus, ſi is (ſicuti ipſe exiſtimat) in corde ſedem habet, quieſcat, nihil potuit ꝓbabile inuenire. Multo enim ꝓbabilius ſit, ex pulmonis humiditatibus ſomnos fieri. Quem natura ob nihil aliud cordi cir

cundedit,

eundedit, q̃ ut illi miniſtraret. Quis uero aut medicorū qui cōtrarię ſūt ſentētiæ, aut qui a nuda experiētia ꝓcedunt, in caris et lethargis et comatis, deniq; oibus pręter naturam ſomniferis morbis, non accedit ad caput, illudq; perfundit, ac ſuper cataplaſma imponit, raditq; et cucurbitas affigit, oiaq; molitur, tanq̃ hic morbi radix cōſiſtat. Ad eūdem enim modum et cū deliria et phrenitides, oēs deniq; quæ pręter naturam ſunt uigilias, curant, pręſidia capiti admouent. Verum de ijs alibi pluribus eſt diſceptatum. Ad ea uero de quibus nūc agitur, illud ad rem pertinet, quod cerebrū ubi requieſcere pluſculū ab actione uult, naturalem ſomnum aiali inducit. Quod etiā magis facit, cū nutrix in eo uirtus largum quo fruatur humorem habet. At cum a multo humore frigido grauatur, eū qui in comatis et lethargis cernit̃, ſomnum affert. Alioſq; ſimiles ijs morbos, quorū caput, humiditas ac frigiditas ſunt, uel alterutra per ſe ſolam in eo cōſiſtēs, uel ambæ ſimul iūctæ. Talia igit̃ ſunt cū medicamenta oia, quæ uere ſomnifera ſunt, tū quæ ſic quidem uocātur, inferunt aūt non ſomnum modo, ſed etiā coma, et caron, et totius corporis torporem. Ac quæ quidem duntaxat humectāt, oia merito ſomnifera uocātur. Quę uero perfrigerāt, nec ſomuum

Somniqui in comatę et lethargis, cauſa.

Quę ſomnifera iure dicātur.

Vigilię in phrenitidē cauſa.

[illegible]

nec indolentiam afferre recte dicũtur. Sed ꝓ ſomno, coma et karon, ꝓ indolentia, ob perfrigerationis exceſſum, uel prorſus inſenſibilitatem uel certe ſenſum diminutũ. Porro dictum prius eſt torporis uicium, ſenſum motũq; diminutum neruoſaq; eſſe partium, fieriq; (ut dictũ eſt) tum ex alijs cauſis, tum ex intemperie. Veluti poſt medicamenta quæ perfrigerãt. Atq; ita quidẽ ſomni et comata, et cari, et torpores fiunt. At ſiccitas immodica et calor quales in phrenitide ꝓpter ſuccũ aliquem mordentem et calidum ſpectantur, irritationes et uigilias quæ quidem triſtitię uel curarum occaſiõe non cõſiſtant, inferre ſolẽt. Tanq̃ aũt talia ſymptomata toti corpori coia fiunt, ex eo quod principiũ eſt affectum, ſic alia oibus uoluntarijs functionibus, ob principiũ affectũ incidũt. Nam et apoplexiæ et epilepſiæ ꝓpter cerebrum affectum fiunt. Eſt tamen apoplexia eiuſmodi uicium circa uolũtariam actionem, quale eſt in ſentiẽdi actiõe, altus ſomnus, Aliud uero tale eſt in epilepſijs cõuulſio, quale in ſentiendi functione uigilia. Ambo enim hæc, uicioſi motus cerebri ſunt. Ideoq; etiam partiũ ſingillatim oim. Reliqua uero duo, actionum eius, tũ cohibitiões, tum quietes. At in cõuulſionibus totius corporis quæ ſine delirio ſunt, uel caro, morbus ſpinalis in collo medullæ eſt. Quemadmodū ubi uel brachiū, uel crus, uel muſculus unus tenditur, ac uiolenter conuellit̃, unius ſemper nerui qui particulam mouet, uiciū eſt. Quæ uero oĩo morbi cauſa ſit, cuius occaſiõe partes cõtrahãtur, difficile dictu eſt, Aeque ut palpitatiõis, et tremoris, et ~~eius agitationis quæ grece omonymos cum uehemētis frigoris ſenſu, Rigos dicit̃. Eſt aũt~~ inequalis totius corporis cõcuſſio, ac uibratio, Vocet̃ ſi libet cõcutiēs rigor. Quippe quæ oĩa muſculorū genus, uel ſolū, uel magisq̃ cęteras partes tentare uident̃. Exactius aũt id ſciemus, ſi prius eorū notiones diſtinxerimus. Ad pñs enĩ quatuor memorauimus appellatiões, conuulſionem, tremorem, palpitationem, et quod Rigos græce dicit̃. Qualia uero ſingula ſymptomata ſint, quæ hęc uocabula ſignent, a nullo me priorū definitū inuenio. Sed alij ad mēbrorū ſubſtãtias quibus ſuperueniũt, ſtatim ſe cõferũt. Alij ea diſtinguere aggreſſi, in interpretationibus ſuis fallunt̃. Quod facile intelliget, qui lectis quæ a nobis traduntur, euoluere libros eorum uolet. Neque enim difficile eſt ubi ueritatem noueris, quæ parum recte ſunt dicta, deprehendere. Ergo de his omnibus proximo agetur libro.

rigoris. appellatio
[illegible]
[illegible]
Rigos. [illegible]

Play.

GALENI PERGAMENI DE SYMPTOmatum Cauſis liber Secundus incipit.

Thoma Linacro Anglo interprete.

CONVVLSIO igitur et tremor, et palpitatio, et rigor, qui ſcilicet totius corporis eſt cōcuſſio uibratioq́;, præterea horror, et ſingultus, et tuſſis, et ructus, et ſternutatio, et pandiculatio, et oſcitatio, et dētium ex cōcuſſu ſtrepitus, tryſmon Græci uocant, omnia motum illegitimum pro cōmuni genere habent. Diſſident inter ſe, uno primoque potiſſimum, quod alia eorum naturæ ſunt opera, quæ tamen a morboſa quapiam cauſa uiolenter mouere ſit coacta. Alia morboſos comitantur affectus: Natura ad eorum generationem ſuppetias minime ferēte. Naturæ nomen ī hac diſceptatiōe pro omni facultate quæ animal ſiue uolūtatis nutu, ſiue citra hunc, regat, intelligas uelim. Quippe hoc loco omni cauſæ non naturali cuius uicio lęditur et cōrumpitur animal, totum illud facultatum genus, cuius beneficio ſeruatur, ex aduerſo opponimus. Eiuſmodi ergo facultatꝫ opera ſūt, ſternutatio, tuſſis, oſcitatio, pandiculatio, et ſingultus. Vnius aūt morbi opera ſunt, palpitatio et

conuulſio

Duodecim propoſita ſymptomata quemadmodum inter ſe cōueniant et differant.

Natura quomodo hic accipienda.

Quæ ſymptomata naturę ſit opera, quę morbi. quę vtriuſque.

conuulſio. Sicut amborum, morbi facultatiſq; coeuntium, tum torpentium oīm motus, tum cæteri quos edunt ij, quorū nerui adhuc reſoluunť, nondum aūt ſunt reſoluti. Quibus etiam adnumerať tremor. Atq; hę quidem nunc nobis ꝓpoſiti ſymptomatum generis primæ differētiæ ſunt. Quarū cuiuſq; ꝓprię quædam deinde habētur. De quib⁹ nūc agēdum. A motibus ijs quos naturalis aliqua uis ciet, auſpicatis. Sane ſocietas quędam iſtis eſt, cum ijs qui oīno pro naturæ lege ſe habēt. Quam utiq;, ut quæ ſit eorum gñatio doceam, neceſſe eſt prius exponam. Igitur cū quatuor facultates ſint, quibus omne nutriēdi munus in nutritis corporibus adminiſtratur, Prima quæ ad ſe, quod utile eſt trahat. Altera quæ id retineat. Tertia quæ alteret. Quarta quæ quod excremētium eſt, expellat: quādiu pro naturæ lege aīalis actiones obeuntur, nullus earū motus ſymptoma eſt. Cum uero ſubſiſtit ī corpore aliquid quod alienum a natura ſit, ubi id expultricium uirtutū aliqua abijcere nititur, aliqñ inſenſibiles oīno earum motus ſunt, aliqñ ſenſibiles euadūt. Ac de inſenſibilibus quidem poſt ageť. De ſenſibilibus uero quoniam cū uoluntarijs conſortium habēt, cōis a me doctrina tradeť. Ergo uolūtariæ functiōis lęſiones ſunt, neruorū reſolutio,

Voluntariæ actiōis lęſiones.

Varię paralyſis ſpecies.

Apnoea.

Aphonia.

Iſchuria.

[illegible]

Cõuulſionis varię ſpecies.

[illegible]

Tryſmos.

Iloſis.

Strabiſmos.

Gonorrhoea.

conuulſio, tremor, et torpor. Variant aũt horum ſingula in particularibus inſtrumẽtis, non ſpeciem modo, ſed etiã nomen. Quppe ſpirãdi inſtrumentorum paralyſis, apnoea uocať. Eorum uero quibus uox fingitur, aphonia. At linguę paralyſis nullum nomen habet. Ipſa tamen nihilo ſecius loquelam, quæ uolũtatis non leue eſt opus, prorſus adimit. Contra uero Iſchuria, apnoeę, atq; aphoniæ ſimile quid indicare uidetur. Cæterum uoluntariæ actiõis amiſſio nõ eſt, ſed naturalis. Quippe quod lotium præter uoluntatem fluat, uolũtarię actiõis eſt noxa. Simile quid ac in urina, in deiectionibus quoq; accidit. Retẽtio enim eius, naturalis actiõis eſt culpa: Inuolũtarius effluxus actionis uoluntarię. Porro demõſtratum uberius de ijs eſt, in libro de muſcul. motu. Atq; ita quidem paralyſes uaria ſpecie ſunt. Conuulſiones uero ad hunc modum. Dẽtium inuita cõcuſſio tryſmos gręce dicta, muſculorum mandibularium eſt cõuulſio. Quam uero Iloſin græci uocãt, præterea ſtrabiſmi, eãrũ quæ in oculis habẽtur. Veluti etiam gonorrhoeas alia eſt differẽtia. Non deſunt et quibus uideãtur tum ſingultus, tum duplex inſpirãdi aeris refractio, aliqñ ex cõuulſione muſculorum, qui inſpiratum faciũt, puenire. Eſt et reſpiratus ſpecies quædam ex conuulſione

uulſione proueniens, quæ muſculorum qui reſpiratum efficiunt, conuulſionem ſequitur. Appellat hanc Hippocra. ſpiritum inter exeundum offendentem. Quod aũt et apoplexia totius corporis ſit paralyſis, et epilepſia totius corporis cõuulſio, ſupra eſt dictum. Nec minus quod torpor leuis quędam ſit paralyſis. Sane torpore loborantiũ particularum, non parua in exceſſu defectuq; differentia eſt. Propterea quod id ſymptoma ex morbo et facultate eſt mixtũ. Quippe ſi morbus uirtutẽ prorſus ſuperat, oino membrũ ſuſtinere non ualet, ſin uirtus uincit, haud quaq̃ impedit. At ſi ueluti pugna eorũ eſt, mouetur quidem membrũ, ſed ęgre. Ac ſi iubeas, cũ lęſum membrum extendunt, ut id extenſum ſeruent, nequeũt. Decidit enim naturali pondere ꝓpter imbecillitatem ſuſtinẽtis id uirtutis, deorſum. Quod enim attollit ac ſuſtinet uirtus eſt. Quod deorſum fertur, ipſum brachij cruris ue eſt corpus. Cauſa uero huius rei reddita prius eſt. ubi de ſenſibilibus actionibus egimus. Oſtendimusq; neruum uel frigore denſatum, uel craſſis et lentis humoribus obſtructum, uel a quapiam extrinſecus cauſa præſſum, in torporem et paralyſim adduci. At cõuulſio in eũ ſitum neruos muſculoſq; ducit, in quem ſi ꝓ naturæ lege ſe haberẽt, ab aiali

Hippocra.

Apoplexia.

Epilepſia.

Torpor ex morbo et facultate eſt mixtus.

uirtute

uirtute ducerentur: Siue ſcilicet ad principium tenſis, ſiue flatus influxu muſculis impletis, uolũtarij motus eſſent obiti. Hæc aũt in cõuulſione accidãt, tum ſpiritu flatuoſo in muſculis gigni potente, tũ multis qui tenſionem creent (e quorũ nũero phlegmone eſt) affectibus. Quorũ caput (ſicut Hippo. dixit) duplex eſt, impletio uacuatioq;. In phlegmonarũ generis uicijs impletio, In ardẽtiſſimis ſicciſſimisq; febribus uacuatio, porro quod impletis uacuatiſq; plus iuſto neruoſis corporibus, tendi eis oĩbus cõtingat, docẽt non in poſtremis quæ in inſtrumẽtis intentæ ſunt chordæ. Quippe quæ ſiue in humidam et humectam, ſiue in ſiccam et ſqualentem domũ tentę ſint repoſitæ, rumpũtur. Ideoque eas artifices, priuſq̃ reponãtur, laxant: propter hoc igitur dictum eſt conuulſionis motum ex ſolo fieri morbo, immobilitati quæ in paralyſi uiſitur, non diſſimiliter, ut quæ ipſa quoq; morbi occaſiõe incidat. At naturalis animalium tam motus q̃ immobilitas, ubi ſublatum quis brachiũ immotũ ſeruare poteſt, uterq; ab aĩali fit potentia. Quod ſi ſanum brachium ſuper ſolidũ aliquid reclinans omnem muſculorũ relaxet actionem, nec ꝓpter morbum, nec ꝓpter uirtutem eo caſu quieſcit brachiũ, ſed quod aĩalibus naturale eſt, pondere. Ita trium

Affectuum qui tenſionẽ creent, ſummæ.

Triplex quies unde.

quietum, ea quidem quæ in paralyſi cernit, a morbo fit, obligata (ut ſic dicam) eo tempore uirtute. Quæ uero in membro, cũ extenſum eſt habetur, a potentia. Quam uero ultimo loco poſui, a neutro. Non ignorantibus ſcilicet nobis quæ in libris de muſculoꝝ motu de extento brachio ſunt dicta, talem habitum ipſa re uera ex actionum motuumq; eſſe genere. Motum præterea hunc tenſiuum a nobis noĩari. Ac talis quidem habitus, alio quidem modo motus, alio immobilitas dici poteſt. Reliqui duo nullo modo participes ſunt motus. Aeque ut reliqui duo motus et conuulſiuus et uoluntarius, nullo modo ad immobilitatem attinent. Pręterea dictũ eſt porrectũ extẽtũq; brachiũ ex duobus adminiſtrari motibus, uirtute ſcilicet id ſurſum attollente, et naturali pondere contra peſſum trahente. Ad eundem modũ tremor quoq; ex duob⁹ cõſtat motibus, et eo qui pondere brachium deijcit, et eo quem uirtus attollens cõtra opponit. Ac in ualẽte quidem brachio, ne uel minimũ quidem uincitur uirtus a põdere, ſed ſuperior membri deorſum nutu, ſuſtinet id tantumq; in ſublime attollit, quãtũ ille deorſum trahit. In tremore uero inuita uirtute, membrũ ruit deorſum: licẽtq; liquido cerni eorum pugnam, nec uirtute membrũ decidere ſinente, ue-

motus tenſiuus

In tremore compoſitus motus.

luti in paralyſi, nec pondere permittente uirtutem id ſublatum ſeruare: Ita ut cũ ualens erat. Inuicem igitur uincente uictaq; potentia, mutuoq; ſemper contrarijs ſuccedẽtibus motibus, tremor efficitur. Eſtq; cõpoſitus motus qualis eſt arteriarũ pulſus. Verum in his ſenſibiles motuum quietes, dilatationem a cõtractiõe dirimũt. Si tamen non adeo frequens pulſus eſt, ut in ijs, qui ꝓpterea quod formicarum motum emulãtur, formicãtes dicuntur: hic enim nullam ĩter cõtrarios motus ſenſibilem quietem inueuias. Neq; eni uiciſſitudo motus, ab una perficitur natura, ſed ex pugna uirtutis et ponderis corporis. Cæterum ut maxie hunc motum alteri cuipiam qui in corpore habeat̃ aſſimiles, formicantis pulſus eſt non abſimilis. Tanq̃ enim in hoc arterię motus, in minima ſpacij intercapedine agitur, ſic in tremore aialis particula quęcũq; ab imbecilla uirtute mouetur. Patet ergo huius quoq; ſymptomatis generatio et quod oino cũ conatu ſit mouendi, et cum uirtutis infirmitate. Sunt qui putent uoluntatem a tremore non eſſe inſeparabilem. Videntes uidelicet totum interim caput tremulo motu agitari, ſine uoluntate mouẽdi. Sed hi ignorant "quod etiam in cuſtodiẽda quauis particula recta, tum uolũtas agit, tum tendunt̃ ab ea muſculi, non aliter q̃ in alijs actionibus tenderentur. Sane hoc in lib. de muſcul. motu a nobis demōſtratum eſt. Sed et nunc non exigua ponemus indicia, et quod uoluntas in tremoribus agat, et quod imbecillitatis culpa rectam cuſtodire partem non ualet. Illum enim cui caput tremit, ſi ſuper molle aliquid ſupinũ reclines, non amplius tremet. Ad eũdem modum ſi quis ſcribens ſecans ue aut aliud quippiam ſactitans tremit, ſi manus ab opere abſtineat, tremere iam deſiſtet. Pari modo ſi quis cruribus cum ingreditur, ſit tremẽs, ſi ingredi deſinet, non tremet. Videas enim nõ raro robuſtiſſimos iuuenes, ubi maximum aliquod onus humeris impoſuerunt, cum ꝓgrediũtur, cruribus tremere, ubi ꝓgredi diſierũt, aut onus abiecerunt, ſtatim a tremendo liberos.

Indicia uoluntatem in tremore agere et parte custodiẽda extenta.

Quippe cum graue leueq; ad aliquid referãtur, fuerit nimirum et onus adeo magnum, ut etiam fortiſſimo ſit graue. Ac ualidam quidem uirtutem maximũ onus uincit. Quæ uero ualida non eſt, hanc non maximum modo, ſed etiam paruum ſuperat. Quod ſi adhuc ſit infirmior, ipſum eius naturale corpus oneris ritu graue erit. Eoq; fit, ut ſenes omnes ſi quando maximarũ uirium opus moliuntur, ſtatim particulis his quibus agunt tremãt. Sic etiã qui ad pręaltum aliquem præruptumq; accedit lo-

cum,

Cur ſeniũ tremori obnoxium

Quæ frigidam itemperiem inducant.

cum, cruribus tremit. Deijcit enim uirtutem timor, Non ſecus etiam ſerpẽtem quis cõſpectũ fugiens, tremens reddit. Quid qui formidabilem magiſtratum adit, nonne toto corpore tremit? quem ſi loqui iuſſeris, ne uocem quidẽ nõ tremulam edet. Tanq̃ igitur animi affectus, ubi debilitatem motrici facultati intulit, tremulos facit, ſic et corporis morbi cũ uires labefactãt, tremoris ſymptomata inducũt Ac primum quidem maximeq; uirtutem lædunt, morbi qui in intemperie cõſiſtũt. Quippe cum ſenium quoq; ꝓpterea quod intemperies quædam eſt, ad frigidius ſicciuſq; cõuerſa, tremoris affectibus facile tentetur. Corripiuntur ijs non minus et ex iuuenibus hi, qui uehementer ſunt refrigerati et qui uino meraco ſe ampliter impleuerũt, uel multis cruditatibus laborarunt, uel longo tempore cibis repleti, inexercitati ocioſiq; oĩno exegerũt. Sunt et qui ex frigida intempeſtiue hauſta tremebũdi ſunt redditi. Quippe talia oĩa frigidã intẽperiem creãt, non raro quidem, in toto corpore, et ipſo neruorũ principio. Interim uero, in quibuſdam ꝑtibus, quę ſcilicet et imbecilliores natura ſiũt, et ad noxam cęteris magis oportunę. Iam craſſi glutinoſiq; ſucci, cum uirtutis uiam ſic obſtruũt, ut partior influat, tremoris cauſæ fiũt, potiſſimum cum prorſus obſtruxerunt

ſtruxerunt

ſtruxerũt ac neruorum aliquorum partes ullas reſolutas laxaſq; reddiderunt. Quippe reliquæ fibræ ualenter muſculum intendere non ualent. Vbi tamen humores qui uirtutis uias per neruos obſtruunt, non penitus ſunt impacti, ſed cõcuti et dimoueri uirtute uiolentius ſe ingerẽte poſſunt, eiuſmodi motus exiſtũt, quales in paralyſi incipiẽte nonnunq̃ accidere prius diximus. Membro ſcilicet aliquãdo exaltato, ſtatimq; decidẽte. Siquidem cum excitata collectaq; uirtus uehemẽtius ſe inijciens, neruorum obſtructiones amolita fuerit, membrũ mouet. Rurſus aũt humoribus in priorem locum cõfluẽtibus decidit immotumq; manet, quoad rurſus ſecundo uirtus uniuerſa irruens, humores qui eius uias occuparant diſſipet. Verum de ijs hactenus abunde. Palpitatio aũt dilatatio quædem pręter naturam in particula eſt. Fit aũt in oĩbus corporis particulis in quibus dilatatio diſtentioq; accidere poſſunt. Non enim ꝑfecto os cartilago ue unq̃ palpitãt, propterea quod dilatari non poſſunt. Ergo in cute ſæpe incidit, nõnunq̃ uero etiam in ſubiectis illi muſculis. Non in poſtremis aũt, i uẽtriculo, ueſica, utero, inteſtinis, iecinore, liene, et ſepto tranſuerſo. Vnoque uerbo in oĩbus quæ diſtendi dilatariq; poſſunt, ita ut tum arterijs tum cordi

Palpitationis generatio

ipſi uideatur incidere, aliuſq; in his præter pulſum motus eſſe. Eſt igit̃ paſſio hæc neq; uolũtariæ uirtutis ꝓpria, nec inſtrumẽtorum ad hanc ſpectantium. Cuiuſmodi ſunt tremor et cõuulſio. Sed ceu modo dictum eſt, oibus corporibus quæ dilatari poſſunt incidit. Porro ea ſunt oia quæ naturaliter ſunt mollia, ita ut tum dilatationem ſui tolerare, tum rurſus in ſe ſidere poſſint. Sane cauſam huius ſymptomatis ab ijs quæ manifeſtiſſime apparent indagari conueniet. Nempe palpitationibus ijs, quæ in palpebris, ſupercilijs, fronte, maliſq; contingunt. Cernitur enim in ijs cutis exaltari inflarique, ad eum modum quo arteriæ dilatantur. Ergo quod in ijs quæſitum eſt, utrum ne ex ſeſe dilatatæ, una cũ dilatando cõtrahãt quod ſe implebit, ueluti fabrorum folles, an utrium ritu cũ implent̃ dilatant̃, idem primum definiſſe in palpitantibus quoq; particulis cõueniet. Videtur aũt quæſtio genere quidem ſimilis eſſe, ei quod in arterijs quęrit̃ facilitate aũt inuẽtionis diſſimilis. Neq; enim ſicut arterijs, quæ ſemper et naturaliter pulſant, rationabile eſt uim aliquam ineſſe naturalem quæ id efficiat, ita etiam particulis quæ palpitant. Quippe et ſemper ijs ineſſet, et cũ ſane eſſent præcipue. Quãdo itaq; talis uis neq; ſemper neq; bene habẽtibus ineſt,

Dubitatio

ineſt, liquet eas ex ſe ipſis non dilatari. At uero ſi non ex ſe, oino ab aliqua quæ in ipſas influat ſubſtantia. Porro hanc unam e duabus eſſe credibile eſt, uel ſuccum quempiam uel aeream aliquam naturam. Ac quo minus ſuccus ſit, repugnat palpitationis tum motus tum ſolutionis celeritas. Vt quę et illico fiat, et ſtatim deſinat. Succus autẽ nullus aut ita celeriter influit, aut refluit, potiſſimum in ijs quæ modo memoraui circa faciem partibus. Vtpote in quibus cutis ſuper nuda prope modum extenditur oſſa. Ita neceſſe eſt cauſam unde palpitatio exoritur, aeream eſſe ſubſtantiam. At uero ſi hæc tum exigua, tum ſubtilium eſſet partium, facile per corpus trãſflueret. Non alienũ igitur a ratione eſt, ſubſtãtiam quandam craſſarum partium halituoſamq; eſſe, tum quantitate, ut ad locum in quo cõſiſtit ſemper ſatis magnam. Ergo dilatat (ut ueriſimile eſt) attollitq; ac inflat partem, quoad truſa et compulſa, ad ſui generis perſpiret ſubſtãtiam. Simili ſcilicet effectu, ei qui dũ coquuntur ſucci, uiſit̃ in bullis. Niſi quod bullæ hic rumpũtur, palpitãs corpus ob firmitudinem nõ rumpit̃, ſed attollitur quoad flatus per id extrudatur ac tranſeat. Decidit rurſus in priſtinam ſedem, ubi totus uacuatus eſt, et exiuit. Rationabiliter aũt ijs quibus perfrigera-

Palpitatiõis cauſa.

ta eſt aliqua particula, palpitationes accidunt. Quippe quod ab ea ſub naturali ipſius ſtatu attenuatū, oīnoq; per naturalem aīalis calorem concoctum, effluxit: id nūc ubi ea propter frigus reddita eſt imbecilla, et halituoſius et craſſiorum partium efficitur. Ita nec facile ſicut prius perſpirat, ſed cohibet̃ a cute, et tranſitus anguſtia impeditū, in uia tardatur. Quod ſi ipſa quoq; cutis ſit denſata, utiq; duplabit̃ ſymptoma: ſcilicet ad craſſitudinem trāſfluentis ſubſtātię, anguſtia quoq; uiarū accedente. Atq; ita quidem in palpitationibus diſtenditur cutis. Simili aūt modo et muſculi, cum non diſſimile in ijs excremētum colligitur, dilatati aliquādo totum membrū attollūt. Diſtat tamen manifeſtiſſime is motus a motu cõuulſionis quod membrum neq; prorſus extendit, neq; inflectit. In palpitationibus enim membrū, nec quod notabile ſit, extenditur, nec inflectit̃. Concutitur aūt quodammodo huc atq; illuc, quoad muſculus palpitare ceſſet. Ad eum ſane modū motu obito, quo etiam in tremore. Eo aūt differente, quod per magna fiat interualla, cum tremor incidit per exigua. Siquidem palpitans muſculus cū ſatis notabili magnitudine eſt, dum dilatatur, totum ſæpenumero membrum ſecum attollat; dum contrahitur, ueluti rei inanimi

Palpitationis cum cõuulſiõe et tremore collatio.

deorſum ferri permittit, ita ut totus motus præter naturã ſit. Non aũt ſicut in tremore, mixtus quodãmodo et cõpoſitus. Sane qualis eſt palpitantiũ membrorum motus, paucus ſimul tarduſq; et rarus, talis iis qui cõcutiẽtem rigorem patiũtur, numeroſus denſuſq; ac celer incidit. Intelligo numeroſum, ipſo motuum numero, celerem autem ipſo motus impetu, denſum, ipſa breuitate quietũ. Eſt aũt motus hic nõ utiq; ſicut palpitatio et cõuulſio totus præter naturam, ſed alio modo, nempe quo tremor. Eſt igit̃ ipſe quoq; mixtus quodãmodo ex cauſa quæ præter naturam ſit, et aialis uirtute habeturq; in hoc uirtutis pluſq̃ in tremore. Imo uero (ſi faterim uerũ oportet) motus oĩs inſitæ illius eſt uirtutis, quẽm ũos excretricem et expultricem nominare ſolemus. Quod hanc uirtutem ad uiolẽter mouendũ proritat, et cogit, id cauſa eſt præter naturam. Quiſquis igit̃ huius uirtutis functiões, dũ ſanum integrũq; aial eſt, nouit: eſtq; alioqui prudens, huic longiore ſermõe opus non eſt. Qui nec illas nouit, et mentis eſt hebetioris, huic ſuaſerim, ſiquidem ei ueritas oĩno cordi nõ eſt, ab hoc libro abſtineat ſin ueritatis eſt cupidus, eamq; magnificat, ubi naturaliũ uirtutũ cõmẽtarios prius adierit, et ſe affatim in iis exercuerit, ad hunc librum ſe cõuertat.

Rigor tremitus an
vibrans

Atheneus.

uertat. Si enim nihil horum fecerit, nec demõſtrationem eorum quæ a nobis dicetur intelliget, nec corũ quæ prius dicta ſunt, quod ſine ulla demõſtratione eſt poſitum aduertet. Ac mihi quidem ſtatutum eſt, nullam in hoc opere opinionem refellere. Licet aũt ei qui uolet uigeſimo quarto Athenei libro perlecto, cauſas, quas priores eo tam medici q̃ philoſophi de affectu quem nos cõcutientem rigorem cum uenia uocamus, attulerũt, q̃ abſurdę fuerint intelligere. Refellit enim eos oẽs Atheneus, licebit ſane et ipſam Athenei opinionem examinet. Quæ ut ꝓbabilior ſuperioribus eſt, ita nec ipſa uera eſt. Verũ cui ueritas eſt curę, is hęc ſcio quemadmodũ expoſui facere tentabit. Ego uero ueluti cũ ijs agam qui ea quæ de naturalibus facultatibus ſcripſimus legerunt, pauca loquar. Sed ſi prius ad memoriam reuocauero quæ de utero, uentriculo, inteſtinis, ac ueſica in ijs demonſtraui. Siquidem monſtratum eſt uteros nullo alio modo ad fœtum edendum ſe comparare q̃ per expultricis facultatis actionem. Quippe qui tum fœtus grauitatem, tũ ſui diſtentionem nouem mẽſibus pertulerũt, atq; ita ad unguem toto hoc tempore cõniuẽte ore ſuerũt, ut ne ſtili quidem mucronem reciperet, ij abſoluto in ipſis fœtu, ad eius expulſionem ſe cõparãt.

Etenim collū eorū quod prius ſe cōſtrinxerat tantū aperit̃, quanto fœtui facilis pręſtet̃ exitus. Tunicæ aūt quæ q̃ maxime prius fuerāt diſtentę, undiq; contrahūtur, ac fœtum extrudunt. Ita ut q̃ celerrime per uteri ceruicem excidat. Sane eadem uirtus quæ ſic de fœtu eſt ſollicita, ut nouem mēſium ſpacio eius ſuſtineat pondus, atq; ut abſolutus tuto emittat̃, ꝓuideat, ſi circa tertiū quartū ue, aut aliū mēſem fœtus eſt corruptus, ſtatim eū eijcit. Tum quoq; ſimiliter collum adaperiens, ſicuti cū pariendi tempus inſtabat, aperuit. Quippe præſinitū illi claudēdi ſe aperiēdiq; tempus eſt, nō certi alicuius tp̄is circuitus, ſed ipſius uſus occaſio. Ad eundem modū mōſtratum eſt uentriculū quoq; inferius os ſuū poſt cibos claudere, nihilq; ſinere abire, priuſ q̃ plane ſit cōcoctum: Si tn̄ eū nihil aliud intermittere actionē cogit, quēadmodū uterū fœtus corruptela. Quippe ſimilis affectus uentriculo incidit, ubi cibi in eo ſunt corrupti. Imo uero non raro ſimul ac ſunt deuorati. Si ſcilicet ita uel uicioſi ſunt, uel copioſi, ut eos ferre non poſſit. Atq; iccirco quæ quidem in ſe fluitant, per uomitiones eijcit, quę deorſum uergūt, ad exitum qui illic habetur detrudit. Sed et citra cibos uentriculi uis ſæpe impetum ad uomitum capit, aut bili urgente, aut mala pituita,

uteri expul
bus t̃n oper

aut alio quopiam eiuſmodi ſucco ſanieue infeſtante. Eſt enim in quaqꝫ aialis particula facultas, quæ quod præter naturam in ipſa eſt collectũ expellat, ueluti in ꝓpria de eiuſmodi facultate diſceptatione eſt demõſtratum. Satis namqꝫ eſt ad pñtis diſputationis claritatem, ea demum ex huiuſce facultatis operibus retuliſſe, quæ de utero et uentriculo ſunt dicta. Quippe qualis eſt cum euomitur, expultricis in uentre facultatis actio, talis eſt cũ tuſſitur, in pectore et pulmone. Sane nullum aial aut nauſeare, aut uomere, aut tuſſire docetur. Imo lõgo ſæpe a ñaturali uſqꝫ ſpacio integra ſanitate fruentia, tam alia complura aialia q̃ homines, nec uomitum experti ſunt, nec tuſſim, et tamem ubi cõtriſtans aliqua cauſa uel os uentris, uel ſpũs uias occupauit, illico et tuſſiũt et uomunt. Et in uomitu quidem ſic mouetur uentriculus, ſicut in partu uterus. In tuſſi uero aliter fit motus. Neqꝫ enim poteſt pulmo tali motu quod cõtriſtat expellere, ſed inuenit ſibi natura aliud remediũ, magna ſolertia. Quippe cum externus aer in aſperam arteriam trahatur, que et cartilaginea duraqꝫ eſt, nec contrahi circa id quod cõtinet poteſt, incitatum hũc excogitauit ſpiritus exitum, quam uocãt tuſſim. Cuius generis et ſternutatio eſt, ad perſequẽda protrudendaqꝫ ea quæ

Motuum in vomitu et tuſſi modus.

Sternutatio.

nares offendunt inſtituta. Quę ipſę quoqꝫ reſpiratus ſunt uiæ a natura inuentæ. Quippe expurgat ſpūs ſibi ipſi uiolenter et cum impetu delatus uias, non aliter q̄ tibias et fiſtulas expurgāt harum opifices. Aequalis quidem mouendi modus fit, quo hoc fiat, in ꝓgreſſu docebitur. Quod ad rem ꝓpoſitam eſt utile, iam accipiamus. Nempe quod eiuſmodi motus naturæ quidem opera ſūt. Sed tamen ꝓpter cauſas quæ naturam moueri ſic cogūt, ſymptomatis quæ præter naturam ſunt, adnumerant̃. Atqꝫ inteſtinorū quidem et uteri et ueſicę, expultricis faculẗis ſimiles motus ſunt, ſiue quid eorū quæ ſecundū naturam, ſiue quæ præter naturam ſunt, expellit̃. Quominus ſymptomata ab ijs clare diſcreta ſunt. At quę in tenaſmis, et diſſenterijs, et lienterijs excernunt̃, ſymptomata ſunt, ueluti (arbitror) et quæ in ſtrangurijs et in urinæ diarrhoeis. Quod ſi quis exacte loqui uelit, etiam uentris crepitus et dentiū cōcuſſio, quę tryſmos gręce dicit̃, et ructus, et uentris murmur, aliaqꝫ id genus, de quibus etiā ꝓxime dicet̃, Verum in uentre manifeſtius eſt, id quod in uomitibus cernit̃. Multiqꝫ hos non eſſe naturæ opus, ſed ſymptomatis dicūt. In tuſſi uero et ſternutatione, clarius quidem eſt quod in tuſſi notatur. Sternutatio uero non ſimiliter uidetur pręter naturam eſſe. Cæterum ſunt non hæc modo, ſed etiam tuſſis, et uomitus, et diarrhoię taliaq; oia ex illo ſymptomatum genere, in quibus cauſa aliqua quæ præter naturam ſit, ad tales actiōes naturam exſtimulat. Qꝫq̄ mouēdi modus nec in omnibus idem uiſitur, nec ab eadem facultate fit. Sed circum ea quæ ab utero, inteſtinis, uentre, ueſica ue excernūtur, ipſe particule ſe cōtrahūt: Ad eum modum id quod in ſe cōtinent, extrudētes, quo manus noſtre aliquid exprimūt. Facultas aūt quę motum ijs præſtat, una e quatuor naturalibus eſt. Verū cum in aſpera arteria cōtineatur corpus quoddam cartaligineum, duræq; ſubſtātię, quod idcirco cōſtringi circa id quod intra ſe habet, nō ualet: natura ſpiritum cum cōcitato impetu extra deferri ſubigit, ac tuſſim mouet. Ea fit per eadem inſtrumēta, per quę magnę et uehementes ſpūs expulſiones (quos flatus noīnat) efficiūtur: Sic ut tuſſis nihil ſit aliud, q̄ uehementiſſima quædam efflatio: Quo plurimus ſimul celerrimeq; foras actus ſpūs, attrahat ꝓpellatq; ſuo impetu, quæ uias ſuas obſtruūt. Cumque primo aggreſſu pellere quod offendit nō ualet, bis terque ſe inijcere in id non grauatur: Fitq; uoti plerumq; compos. Vbi ſcilicet tum ſpūs ipſe, cū uehementia defertur, tum quæ obſtruūt cōtumatia ad

Motus in tuſſi.

propellendum non ſunt. Talia ſunt quæ nec aquoſæ, nec glutinoſæ ſubſtātiæ ſunt. Aquoſa namque ꝓpter tenuitatē, potius a ſpiritu diſſipant̃, q̃ ultra deferūtur. Glutinoſa pertinaciter arteriæ adherēt. Quoties igit̃ ſpūs cū eiuſmodi humoribus cōtendit, oīno ſępe uiolēter ſe inijcit. Fiūtq; aliquibus ex eiuſmodi humoribus plurimę tuſſes, et uehementes, nec ſine magno nixu. Porro eos humores qui in arteria cōtumaciter herent, et qui difficulter reijciūtur, magis expediūt ſternutationes. Vtpote in quibus maior etiam eſt ſpiritus impetus, q̃ in tuſſi, Cauſa uero generatiōis altera. Quippe propter ea quę in naſo, non ꝓpter ea quæ in arteria offendūt, emittitur in ijs ſpūs uehemēter, Emittitur aūt cum eo, etiam ex prioribus cerebri uentriculis aliquid. Atq; iccirco tuſſes quidem, caput nihil iuuāt. Sternutatiōes (ſi tamen ex catarro non fiunt) maximū remedium capitis halitu repleti ſūt. Nec mirū uno impulſu tum a pulmone, tū a capite ſpiritū emitti. Monſtratū enim eſt, ubi de ijs diſſeruimus, caput quidem, pectori motus principiū tradere, pectus aūt pulmonem et dilatare et cōtrahere. Cum igit̃ quæ in naſo offendunt, perſequi properat, utriſq; emittendi ſpūs uijs ſimul utitur. Altera quidem ea quam ipſum per ſe facit, altera quam per neruos,

ſternutatio bon
purgator cos
humores [illegible]
aspera arter
[illegible] arterie

Sternutationis generandæ cauſa.

ueluti per quædam longa brachia, quæ in pectus deſcendāt. Quippe per hos id cōtrahit. Halituoſū aūt ſpiritū per colatoria oſſa, ipſū per ſe exturbat. Atq; hęc ꝗdem ſymptomata, uolūtarię ſūt facultatis. Vomitus aūt quanq̃ ad portionem horū ſe habet, naturalis facultatis eſt ſymptoma. Veluti aūt uomitiones nauſeæ præcedunt, ita tuſſim, quod Cerchnos gręce dicit̃. Eſt aūt nō tuſſis, ſed exiguus ꝗdem ad tuſſiēdū impetus. Pręterea ſicuti nōnulli nauſearūt, nec tamen uomuerūt, ita nonnullis ſymptoma modo dictū incidit, nec tamen tuſſis ꝓpter cauſæ paruitatē eſt ſequuta. Quippe interī ex parua fauciū aſpredine, Interim uero ex tenui aliquo exiguoq; prorſus humore cōtingit. Perpetuo enim ſpūs quicꝗd illi ſit obſtaculo, reijcere id per tuſſim conat̃. Eſt aūt id uel humor aliquis a capite deſcendens, ſicut in catarris, uel in aſperis arterijs aliquid collectū, Veluti in peripneumonia, et pleuritide, et gibbi iecinoris phlegmone, uel faucium aſperitas. Extra enim hæc ſunt ad portionem eorū quę a capite defluūt, quę bibentibus edentibus ue nobis in arterias delabunt̃. Eſt et aliud tuſſis genus ex inſtrumentorum ſpirandi ortum intemperie. Quod agnouerūt quidem etiam pneumaticæ ſectæ ꝓbatiſſimi, quorum eſt et Atheneus. Neceſſitatem ta-

Vomitus naturalis facultatis ſymptoma

Cerchnos.

Quę obſtēt ſpiritui.

Tuſſis ex ſpirādi inſtrumētoꝝ intēperie.

Pneumatica ſecta.

men ꝓpter quam ex intemperie tuſſis oriatur, alij eorũ oĩno ne conati quidem ſunt reddere, alij in ſe ipſum impingere ſpiritum aiunt, alij etiam obſcuriore q̃ hoc, uerbo uſi, putant ſe aliquid dixiſſe. Sũt aũt non tam quod cauſam ignorarũt accuſandi, q̃ quod pulchrum theorema et ſuo ſtudio dignũ inuenerũt laudandi. Fit igit̃ ea tuſſis ſpirãdi organis perfrigeratis, nihilqꝫ in ea expuit̃ nec eſt oĩno uiolenta, ſed adeo parua ac ſine ui, vt eam cohiberi et generationem eius, vel plurimũ, vel oĩno ꝓhiberi liceat. Ac uiolentæ tuſſes ſpũs cohibitiõe non uincũtur. Porro cuiuſmodi res ſit ſpũs cohibitio, ſæpe mihi in alijs eſt dictum. Tuſſim aũt ex intemperie non ſolũ in præſens fieri ſpũs cohibitio ꝓhibet, ſed etiã eã ſanat: Modo ne admodũ ſit magna. Auget̃ nãqꝫ in ſpũalibus, ſpũs cohibitiõe calor, permeatqꝫ ſpũs uiolenter a pectore preſſus, ac cõpulſus per omnes anguſtos meatus. Quibus utriſqꝫ peractis, æquantur oĩa, atqꝫ in ſimilitudinem temperamẽti ueniũt. Cur aũt ex inæquali ſpiritualium intemperie tuſſiatur (id enĩ dixi non ad modũ cõmode a pneumaticis medicis doceri) ipſe reddere tẽtabo. Orſus ſicuti cõgruum eſt ijs qui aliquid cũ demõſtratiõe dicturi ſunt, a rei ſubſtãtia. Intẽperies igit̃ alias ex nudis ꝓuenit qualitatibus, ip̄is corporibus, aut ca

lidioribus

Cauſa cur ex ſpiritualiũ intemperie tuſſiatur.

[illegible]

Nihil offēdi a propria natura. Hippocra.

Quemadmodū dolor fiat.

[illegible]

Inęqualitatis ſenſus ante morbos.

lidioribus, aut frigidioribus, aut ſiccioribus, aut humidioribus redditis, aut etiam ex horū cōiugatiōe affectis. Interim uero una cū diſperſo in iis roris ſpecie, aliquo intēperato. Atq; æqualis quidem intemperies oīno ſine dolore eſt, Veluti indicant et hæcticæ febres, et multi frigidi affectus, ubi equaliter particulas occuparūt. Fit enim talis temperies ſingulis qui ſic ſunt affecti, uelut acquiſiticia quædam natura. Nullum enim corpus offendiť a propria natura, Veluti enim Hippocra. dixit, his quibus mutať corrūpiturq; natura dolores fiūt, non quibus corrupta iam eſt et mutata. Inter enim ipſum mutādū et a ſua natura recedendū, Quemadmodum in priori lib. demonſtratū eſt, corpora dolent. Cum igiť in aliquo ſenſibiliū corporū intemperies inęqualis gigniť, tanta eſt doloris magnitudo, quanta eſt intemperiei. Atq; in acutiſſimis et uehementiſſimis febribus dolore afficiūtur ſolidæ partes, dū a calido quod præter naturam eſt, mutanť atq; alteranť. Præterea incipientibus morbis pleriq; homines priuſq̃ febricitāt, ſentiūt interdū in tota corporis mole, inęqualitatem quandam: Quam tamen qualis ſit explicare uerbis nequeūt. Ac miramur quidem ſi quis eorū qui hos libros reuoluerūt, ita fuit fortunatus, vt ipſe ſymptoma hoc nunq̃ ſenſerit. Quippe profundus quidem fit ſenſus in tota corporis mole, ceu diſperſæ per eã naturæ cuiuſdam alienæ. Id aũt quod diſperſum eſt, aliquãdo quidem ueluti ſubcalidum eſſe uidetur, aliquãdo mordax citra calorem, aliquãdo utroq; modo afficiẽs, aut ſine ijs leuiter oẽs carnes diſtendẽs. Atq; in oĩbus eiuſmodi ſymptomatis, tum inæqualitatem quandam ſentire ſe aiunt, tum pãdiculant̃, oẽs corporis particulas naturæ quodam inſtinctu diſtendẽtes. Qualem ſcilicet dudũ diximus, oĩbus aĩalis partibus ad ſalutem ſtatumq; earum conſeruandũ a natura datum. Maxĩe aũt diſtẽdũtur poſt ſomnum: cũ in carne halituoſum excrementũ ſentiũt. Quod et ex cõcoctione nutrimẽti et per ceſſationem ab eiuſmodi motibus eſt collectum: atque id uel minimi puerui ſine doctore faciunt. Verum ad talem motum aĩalia impellit ipſa natura, cũ perſpiratũ halituoſis excremẽtis molit̃. Diuerſum ab hoc triſtis ſenſus genus eſt, quod in laſſitudinum affectibus ſentit̃, ſiue id poſt multos labores, ſiue ſua ſponte incidit. Ac triplex quidem eſt in laſſitudinibus ſenſus utiq; putãtibus qui ijs laborãt uel cõquaſſatum ſibi aliquid pulſatumq;, uel tendi ſibi undequaq; corporis molem, uel tanq̃ multa ulcera i ipſis quoties mouent̃ ſint diſperſa. Ac cũ tendi

Triſtis in laſſitudinibus ſenſus triplex

phlegmonei
Senſus — tenſionis
ulcerosi

Laſſitudo tenſiua ſpontanea

Vlceroſa laſſitudo.

Tertia laſſitudo.

Oſtocopos

Horroris ſenſus.

quidem corporis putatur moles, ſi citra exercitationem id incidit, laſſitudo tenſiua ſpontanea nominatur. Fit aũt maxiẽ ex plenitudine quę corpora in quibus cõtinetur diſtendat, nec ab iis cõtineat̃, ſed tranſmittatur. At cũ ulceroſo ſenſu afficiunt̃, fit quidem et is, motis magis q̃ quieſcẽtibus. Niſi ſi admodum magna laſſitudo eſt. Pungi uero, ceu multas ſpinas habeant infixas ſe putant, cũ a mordaci humore ſymptoma oriat̃. Tertia laſſitudo, ſub qua ſe oſtocopo, i. oſſiũ dolore laborare loquunt̃, ne minimũ quidem motũ ſuſtinet. Sentiũt tamen quos ea male habet, manifeſtũ calorem, una cũ demorſu, et tenſione. Vicioſo humore in totam aĩalis molem ampliter tranſfuſo. Eorum uero qui hac laborant, nemo pandiculari tentat. Vt qui omnem motum formident. In reliquis duabus laſſitudinibus, quarũ alteram ulceroſam, alteram tenſiuam noĩare ſolent, fit etiam talis aliquãdo motus. Cum uidelicet uel exiguæ oĩno ſunt, uel ex flatuoſis et halituoſis excremẽtis ꝑueniũt. Quippe ſi ulceroſa laſſitudo maior euaſit, ne qui ea laborant, motũ ullum ſuſtinẽt. Sed dolorem ueluti ulceris per corpus ſentiunt horrentq;. Quod ſi augeat̃ ſymptoma, ad horroris affectum prope perueniũt. Quippe ſub hoc horrent priuſq̃ etiam moueant̃. Tanq̃ aũt cũ ulceroſtis fit ſenſus, quoties mouent̃ horrent, magiſq; ſi uehemẽtius, ſic horroris affectus, cũ in motu agitur cõcutientem rigorem efficit. Hæc namq; oĩa ex mordacibus oriſitur excrementis. Differũt inter ſe, tum excremẽtorum multitudine, tum motu. Præterea quod excrementorũ, alia magis ſint mordentia, alia minus et quod corpus laborãtis uel non facile afficiat̃, uel imbecillum ſit, uel acuti naturaliter hebetis ue ſenſus. Nam quod acuti ſenſus eſt, et imbecillũ, etiã ex leuiſſima cauſa dolet. Contra quod ualẽtiſſimũ nec facilis ſenſus eſt, magnam cauſam ad talis ſymptomatis generationem requirit. Vtrũne igit̃ in ijs ſolis, an etiam in mouẽdo aut non mouendo, præterea quod mouet̃, in eo quod uel celerius, uel tardius mouetur, plurima eſt in ſymptomatis differẽtia. Ac mihi quidem ſic uidet̃: eundẽq; hominem ſicuti quieſcẽtem quidem ſolam inequalitatem ſentire, ita motũ, horrere, et exercitatũ rigore cõcutiente urgeri. Ideoq; et medici ijs qui ita laborant, experiẽtia docti, cõſulũt, ab omni motu abſtineant. Iam aliquos qui cruditate laborãt, ſcimus cũ quieuiſſent nullo affectos dolore, cum balneum fuiſſent ingreſſi, aut in ſole ſtetiſſent, horruiſſe. Atq; hoc magis, ſi ſe exercitaſſent. Nam et ſol, et balneum, et exercitatio, excrementa quæ prius

Differẽtiæ ſymptomatũ quæ ex mordacibus oriunt̃ excremẽt; varię occaſiones.

quieuerant, calefaciendo, attenuãdo ac in ſpiritum uertendo, ad motum excitant. Nec mirum corpus cũ excrementa quieſcũt, minus dolere, cũ mouetur et magnopere angi, et uibrari, et cõtuti, horrẽs ſcilicet ac rigens, et febricitans. Quando etiam dura corpora quæ oculis incidũt, cõniũgẽtibus nobis palpebras, et particulam ſub quiete habẽtibus, uel parum oĩno, uel nihil cõtriſtant. Mouentibus, uix tolerabilem afferũt cruciatũ. Sed et citra exemplũ, ex ipſamet re inuenias licet, motam cauſam, quieſcente magis eſſe infeſtam. Quoties uidelicet agit per corpora ſenſibilia, ueluti in oculis eſt ꝓpoſitũ. Neq; enim de ſuccis qui in uenis, et arterijs fluunt, eſt diſputatio: ſed de ijs qui in carnibus ſunt, et toto corporis habitu. Quoties igitur aliquid per hæc uiolẽter agitur, ac ad cutim defertur, neceſſe eſt dũ carnem cutimq; permeat, oĩa in quę incidit pũgat, ſtimulet, diuidat, ac uulneret. Quod aũt oĩs mordax et dimota cauſa, ſiue ea calida ſiue frigida ſit, aĩal in horrorem ac rigorem ducit, primũ quidem ex talibus intellexiſſe licet. Si ſano corpori feruentem aquam ſubito infundas, aut ignis ſcintillas incutias, ſtatim horrore uexabit̃. Iam cũ ulceratę particulæ cauſticum medicamentũ imponit̃, primum quidem horrent, deinde rigent, mox etiam febricitant

[illegible]

causa quie
magis infesta.

Omnem mordẽtem cauſam et motam in horrorem ac rigorẽ ducere.

febricitant nonnulli. Quid quod tercianæ febres quæ omniũ febrium maxime bilioſę calidęq; ſunt, oĩo maxĩe horrore infeſtanť? Quantoq; ſyncęriores tercianę ſunt, tanto etiam rigor in ijs incidit uehementior. Quinetiam eũ qui ardenti febri laborat, rigor ſuperueniẽs a morbo liberat Hippo. ait. Quoniam ſcilicet bilis quæ prius in uenis errabat, a natura decretorie per carnes ad cutim trudiť. Ergo motus eius delationisq;, quæ per ſenſibilia corpora agiť, ſimul et ſymptoma et ſignum, rigor eſt. Quinetiam ſudant deinde qui ita obriguerũt, uacuataq; ijs bili, a febre liberãtur. Interim uero, ubi non ad cutim, ſed ad interna loca bilis impetũ caſpeſcit, per uomitiões ſimul et aluum uacuať. Non raro autem ſimul intro foraſq;, eodem die eſt delata. Ita ut et ſudata ſit, et uomita, et deiecta. Quicumq; uero rigorem ꝓfligandæ ardentis febris ſalubrem eſſe cauſam, ꝓpter frigus putant. (Quippe cõtraria contrariorum eſſe remedia) oĩo falluntur. Iam primum enim ſi id uerum eſſet, liceret ipſis rigorem excitare. Partim ꝗdem frigida aqua inſperſa, aut affuſa. Partim ægro ipſo nudo in frigidũ aerem delato, aut in frigidæ aquæ labrum demiſſo. Deinde ſi per mutationem ad cõtrarium habitum, ijs qui in ardenti febre obriguerant, ſolutio accidit

huiuſcemodi for
[illegible] dum d
[illegible]

Hippocra.

Non eſſe rigorem ardẽtis febris remediũ propter frigus.

morbi, debebant poſt morbum febricitare deſiſtere, quod tamen non faciunt. Adeo enim cū rigent febricitare non deſinūt, ut etiam multo grauiore febri poſt rigorem urgeant, q̃ ante. Sed poſt q̃ largiter ſudarūt, aut flauam bilem uomuerunt, aut per inteſtinum deiecerunt, tum febris ceſſat. Quippe ꝗ ualentiore bilis motu, uehemētiorem accēdi febrim eſt rationabile. Ac quod homines non ſolum ex frigidis cauſis rigore tentētur, ſed etiam calidiſq; iam mōſtratū eſt. Verum quam ob cauſam, occaſionibus maxīe cōtrarijs, idem ſymptoma ſuccedat, deinceps docebimus. Sed admonitis prius quæ de expultrice facultate mōſtrauimus, Non enī ea quę in amplis inſtrumētorū capacitatibus ſūt expellit, ueluti quę in uentriculo ſunt, et utero, et utraq; ueſica, et inteſtinis, et pulmone, et naſo, quæ uero in ipſis corporibus excrementa colliguntur negligit, ſed ab ijs quoq; quotidie quicquid ſuperuacaneū eſt, citra ullam aīalis offenſam inſenſibili perſpiratu eijcit. Vbi ſcilicet lege naturæ aīalis functiones adminiſtrant̄. Verū ubi mordens aliquid in ijs conſtitit, ac potiſſimum quod uehemēti agatur motu, et angit̄, et id expellere feſtinat. Eo modo quo maxime licet ex ipſo membrorū corpore aliquid eijci, ſcilicet particulis ipſis ſeſe cōtrahentibus, atq; conſtringentibus.

ſtringentibus. Mox una quaqꝫ earum partem excremẽti quod in ſe habet ꝓtrudente. Verum ſi oẽs hoc motu ſimul motas intelligas, cõcuſſionem uibratumqꝫ totum corpus comprehẽdere intelliges, quales id in rigoribus comprehendere cernuntur. Quippe neceſſe eſt muſculis oibus uibratis, articulos quoqꝫ cum ijs una uibrari. Quibus ſic agitatis etiam extenſiones quaſdam inflexioneſqꝫ præter uoluntatem incidere. Eſt tñ hic motus diuerſus ab eo qui in cõuulſione palpitatiõeqꝫ uiſitur. In cõuulſione nãqꝫ ſimiliter quidem, non tamen ab eadem ſaltem facultate, motus cientur. In palpitatiõe, nõ ſimiliter, ſed ſicuti prius eſt dictum. Nempe quod membrũ una cum muſculo qui aflatuoſo diſtendit̃ ſpiritu, exaltatur. At cum cõcuſſu rigentibus, ceu dudum eſt dictum, mouet̃ oĩs particula, muſculo ſeipſum expurgante. In illarum uero motu, totus muſculus cõcuſſus uibratuſqꝫ articulũ in quem inſeritur, una ſecum uibrat; Talis etiam motus et pectoris muſculis ſub intemperie inequali accidit. Eamqꝫ ob rem leuis quidam tuſſiẽdi impetus, quẽ Gręci Cerchnon uocant, ijs ſuperuenit. Cõcutiunt enim muſculi, dum ſtudent ea quæ cõtriſtant, a carne ſua per pulmones et arterias expellere. In cęteris aũt tuſſibus uehemẽter eos pulmoni ſe inijcere eſt mõſtratum.

Rigoris a cõuulſiõe et palpitatione differentia.

Cerchnos.

mõſtratum. Quo ſcilicet multum ſimul et celerem efflatum moueant. Iam etiam uehemẽtius huic ſe in ſternutatiõe incutiũt, cum qui in naſo eſt ſpiritũ ſimul uniuerſum expurgare nitunt̃. Id quod nonnulli qui infirma erant uirtute cum intelligerẽt, expuendumq; per pectus et pulmonem aliquid haberẽt, ſternutationem ſibi nares laceſcendo mouerũt. Quo ſcilicet quod per tuſſim eijcere non ualuerũt, huius motus uiolentia educerẽt. Verũ de eiuſmodi tuſſi diligenter prius eſt dictum. Quæ uero ex ſpiritualiũ inſtrumẽtorum intemperie incidit, ex eodem eſt cũ concutientibus rigoribus horroribuſq; genere. Differt aũt eo, quod celerior eius ſit ſenſus Nunq̃ ſcilicet quieſcentibus ſpiritualibus organis. Monſtratum namq; prius eſt, quod motus, etiam in toto corpore eiuſmodi affectiões maxime ꝓdit. Ac cum humida quidem natura ſũt quę offendũt, uiolento hoc cõcuſſu, ac uibratu, qui in tuſſi et cõcutienti rigore cernitur, ab excretiua facultate truſa, undiq; ad loca cedentia ferunt̃. Quædam ſupra, quædam in imum uentrem, quædam foras ad cutim. Ita ut ſenſibilis eorũ uacuatio ſit. Cũ uero flatuoſa tantum ſine humore ſubſtãtia uel iuſto calidior uel frigidor per corpus permeat, utiq; horrẽt tũc quoq;, aliquãdo etiam et cum concuſſu rigent,

De tuſſi ex ſpũaliũ intẽpie et eiuſdem a cõcutiẽte rigore differentia.

Cũ humida ſũt quę in tuſſi et cõcutiẽte rigore offẽdunt quo pellantur.

Cum flatuoſa ſũt quid.

eadem ex cauſa. Nihil tñ ſenſibile his uel uomitur, uel ſudatur, uel infra deijcitur. Vtpote cũ aerea ſint quæ expultricem uim laceſſunt. Sic in balneis prǽcalidis, ſi ſubito præſertim et cõfeſtim minime pręcalfacti ijs acceſſimus, ſtatim horrentes reddimur. Aeq; ut cum in frigidum aerem cõfertim transferimur, Aut ſi non cofertim, ſaltem ſi diutinam in eo moram facere cogimur. Quemadmodũ in itinere agendo accidere aliquãdo cõſueuit. Eiuſmodi rigoris remedium calfactio eſt non ſudor, uomitus ue, aut alui deiectio. Quoniam aũt (ut dictũ eſt) et frigida cauſa et calida cõcutientem rigorem creat, ad calidam quidem quæ ſcilicet aerea eſt, refrigeratio ſatis ꝓ remedio eſt. Humidam uero febris neceſſario comitatur. Sanatio uero eius uacuatio eſt. At frigidæ quæ aerea ſit, calfactio remediũ eſt. Ei uero quæ humida eſt, aliquando ſola cõcoctio ſufficit. Aliquãdo uacuatio deſyderatur. Eſt uero quando ambo competũt, Ac uetus quidem ſermo eſt, rigori febrem ſemper ſuccedere. Non tamen eſt in totum uerus, etiam ſi quis eum cõmode determinet. Id quod etiam facere par eſt, amice potius ueterum dicta interpretãtibus, q̃ maliuole arguẽtibus. Verũ tamen ne ſic quidem uerus eorum ſermo eſt, Ne ſi determinans dixeris, qui circa externã occaſionem

Vetus ſententia refutata.

ex corpore noſtro concutientes rigores oriuntur, hos febris neceſſario ſequitur. Quippe non nobis modo, ſed etiam multis qui nos præceſſerũt, iam uiſi cõcutientes rigores ſunt, ſine febre. Non tñ ita ualidi, ac qui legitimas tercianas quartanas ue pręcedũt, aut qui ardentes febres finiunt. Solent ſanę eiuſmodi rigores uicioſam ſequi uictus rationem, cum hoĩes in deſidia ſe repleuerunt, ac ſæpe a cibo ſe lauarũt. Cum uero ipſę ciborum qualitates frigidioris ſępe ac pituitoſioris temperamẽti ſũt, promptiſſime qui ſic ſunt affecti, rigoribus qui ægre recalfiant capiũtur. Nihil igit̃ miri eſt, antiquos medicos nullum eiuſmodi rigorem uidiſſe. Hoĩbus q̃ tunc uiuebant, nihil perinde ac qui nũc uiuunt, in ſalubri uictu peccantibus. Sed nec balneorum uſu tam frequenti. Cęterum (ſicuti dictũ mox eſt) eiuſmodi rigores horridi magis ſunt, q̃ cũ uibratu cõcutiẽtes. Primum enim quod ex uicioſis excrementis ſentimus inæqualitas eſt, Cũ uero acria fuerint, mordicatio. Secundo loco horror exiguus, deinde maior, poſt magnus, ita ut iam rigoris aliquatenꝰ ſit particeps. Deinde rigor ipſe ſolus, qui dimoueat concutiatq; particulas. Hic rigor a frigidis ſuccis nunq̃ creatur. Oĩno enim eiuſmodi ſucci præ craſſitudine ſua cõcitato motu non mouentur. Quod ſi

Cõcutientes rigores citra febrim vide.

Alij rigores vnde.

Symptomatũ ex vicioſis excremẽtis ordo.

aliquando attenuantur, rigorem quidem excitant, non tñ uehementem. Neq; enim poteſt eandem recipere tenuitatē, attenuata pituita, quam attenuata recipit flaua bilis. Ac talem quidem rigorem nō admodum norunt antiqui medici. Qui aūt in lętalibus incidit febribus, hūc norunt. Ait igit̃ Hippo. in ſententijs. Si rigor in febri non intercisa incidit, ægerq; infirmis ſit uiribus, lętale eſt. In talibus enī rigoribus incipit quidem natura perſequi quod offendit. Sed uicta, cōcidit atq; extingit̃, eoq; mortale eſt ſymptoma. In quartanis aūt mixtus rigor ex calido frigidoq; eſt. Nigra namq; bilis frigidus natura ſuccus eſt, ſed cū putredinem ſibi adiunxit, cuius cauſa febrem accendit, tantum poſſidet caloris, quantū etiam putredinis. Ac quod rigores quidem calidis etiam cauſis ſuccedant, indicauimus.

Hippocra. 47. [illegible]

[illegible]

Quod aūt in talibus quoq; oībus perfrigerantur, ac ſanguine deficiūtur, maxīe quidem extremę corporis partes, cum his uero tum cutis uniūerſa, tum quę proxime ſub ea ſunt, et quam ob cauſam id accidat deinceps ęſtimemus. Eſt igit̃ ex primis ac (ut ſic dicam) qui maxime principalis ſint notæ motibus, ipſa naturalis caloris intro foraſq; delatio. Multas animi perturbatiōes paſſioneſq; ſequens. Simul aūt cum ipſo ſpūs quoq; ac ſanguis, alias intro

Cur in rigoribus p̄frigerent exangues que fiant extremæ partes.

Notandus maxīe locus de motu calorū ſpūs et ſanguinis in animi paſſionibus.

tro et ad ipſum principium ferũtur, ac cõtrahũtur, alias foras tendũt, et fundunt̃. Ipſius namqꝫ animę ſubſtãtiam, uel alio quouis opere definiſſe fortaſſe ſit audacia. In eo uero quod nũc proponit̃, non ſolum audacia, ſed etiam ſuperuacuum. Videtur tamen quæcunqꝫ ea fuerit, duorum alterum, uel primis ad oẽm actionem inſtrumẽtis ſpiritu ſanguineqꝫ præterea calore, tum qui in altero, tum qui in utroqꝫ eſt uti, uel in his ipſis eſſe, licet aũt motus

In timore.

eius euidenter cõtemplari, cum in alijs multis, tum maxime in ipſius perturbationibus. Timor enim intro et ad principium, tum ſpiritum, tum ſanguinem una cũ refrigeratione eorum quæ in ſummo

In ira.

corpore ſunt abducit, ac cõtrahit. Ira uero et foras agit et fundit et calefacit. Quæ uero compoſita ex

In agonia.

ambobus eſt, quam Græci agonian dicũt inæquales habet motus. Itaqꝫ etiam pulſus, tum arteriarum, tum cordis ijs qui timent, minimi ac maxime imbecilli ſunt. Iratis cõtra maximi et uehementiſſimi. His aũt qui compoſita ex ijs paſſione laborãt, inæqualis. At in uerecundia, primum quidem in-

In vere-cundia.

timor
ira
agonia
verecundia
tristitia
gaudium

tro agitur aĩalis potẽtiæ motus, deinde rurſum foras celeriter uniuerſus. Quippe cum niſi redeat, timor ſit non uerecundia. Siquidem uerecũdia de repente fit, oĩno nihil expectante malum, ſed (ut ſic dicam)

dicam) prę mollicia et timiditate naturali, cum homine longe meliore uerſari non ſuſtinēte. Sed refugere, et ſi poſſit a conſpectu ſubducere properante. Ideoq; ueluti refugiēs tantum, citra ullam perfrigerationem in profundum recedit. Ratione uero patibilem partem animi id eſt quæ terretur et uerecūdatur, excitāte atq; inhortante, redit, extrorſumq; mouet̃. Simillimo motus modo atq; cum ex frigida lauatione caloris fit repercuſſio. In timore uero, cum ratio patibilem animi partem nec excitet, nec inhortet̃, magis magiſq; extinguitur calor. Ita ut etiam rigeant eorum nonnulli. Quod aūt in timore ſemel et cōfertim, id ī triſticia paulatim patiunt̃. Diſſidentibus ſcilicet inter ſe paſſionibus ijs non toto genere, ſed magnitudine et uehemētia. Itaq; etiam ex ſubito timore nonnulli iam interierunt. Cum ſcilicet animulus eorū naturaliter imbecillus ſemel et confertim extinctus eſt et ſuffocatus. Quippe extingui eum accidit ꝓpter affectus ipſius naturam. Vt cuius generatio infrigerando cōſiſtat. Suffocari aūt, eo quod totus ſanguis una commeet, atq; ad principium deferatur. At ab ira nemo interijt, utpote nec calore perfrigerato, nec eius robore ſoluto. Ex gaudio tamen ingenti, nōnulli puſillanimes perierunt. Aeque atque ex timore. Non

In triſticia.

Timore inter
hoc non ex
ira.

enim una cum robore et feruore mouet̃ extrorſum aialis facultas, ſed cõtra ſi quid prius habuit roboris, id nunc remittit ac reſoluit. Ergo cũ plurimum relaxata reſolutaqꝫ extrorſum fertur, digerit̃. Dolor aũt cum animum contra cogat moueri, ſimilia maximo timori affert ſymptomata. Quippe ſub eo et color abit, et perfrigerant̃ tremũtqꝫ, ac pulſu ſũt paruo, demum moriuntur. Similiter ijs qui perterrentur. Refugit enim in his quoqꝫ ad principium innatus calor, reſoluiturqꝫ pariter et extinguitur. Cum aũt mortem afferãt eiuſmodi perturbatiões paſſionesqꝫ nihil ꝓfecto miri eſt, ſi animi excitant deliquia. Quo minus etiã mirum eſt, ſi reliqua quę animi deliquia ſequuntur ſymptomata inuehunt. Cum cætera, tum excrementorum præter uolũtatem exitum. Cæterum pluribus in his morari præſentis occaſionis non eſt. Sed ad propoſitũ redeundum. Cum cõcutiẽs rigor a calidis et mordentibus ſuccis excitat̃, mirum non eſt, ſi frigerãtur oẽs externæ partes, aiali uirtute una cũ ſanguine in profundum cõmeante. Sentiũt enim hoc tempore qui ſic rigent, externarum partium frigus, non earum quæ ſunt in profundo. Quippe cũ ſitiant ſenſibiliter eo tempore nõnulli. Tanq̃ calore ijs ĩ internis ſeruato. Quod aũt talia rationabiliter rigentibus

In ijs qui perterrefiunt.

Cur in rigore frigerent extremæ partes.

accidant, licet inde colligi. Si enim in una quapiam parte dolor uehemẽs infixus, tum animi deliquia, tum perfrigerationem infert, mirum non eſt, eum qui in toto ſit corpore, et ſi nõ animi deliquia mortemq;, certe perfrigerationem efficere. Sunt enim dolores rigentiũ, eiuſdem cum cæteris oĩbus doloribus generis. Deficiunt aũt ab ijs qui interimunt, magnitudine et tempore. Quippe cum et minores multo ſint et breuis temporis. Coli nãq; ſiue pinguis inteſtini dolor, ſæpe duobus cõtinuis diebus torſit. Rigor quanto eſt uehemẽtior, tanto breuioris eſt temporis. Eſt enim qui in eo habetur motus non ei qui in timore, ſed ei potius qui in uerecũdia ac frigida lauatione uidet̃ ſimilis. Pugnat enim uirtus ac certat cũ ijs quæ offendũt: quoad excuſſerit ꝓfligaueritq; oĩa. Ergo tũ ex ualido eius in ea quæ offendũt impetu, tũ quod vbi in profundo coporis eſt collecta, cũ magno calore reuertit̃, febrim poſt rigores accendit. Materiam ſcilicet habens ad magnitudinem eius coadiutricem. Si qñ aũt certans, prius fatigat̃, q̃ quæ infeſtant ꝓfligauerit (fit enim hoc uel ob uirtutis imbecillitatem, uel cauſæ magnitudinem) neceſſario mors ſequit̃, ceu prius eſt dictum. Ergo qñ huc in diſputatione ꝓmouimus, imponamus illi finem, non ſolum quæ iam dicta

Quando mors poſt rigorem.

ſunt

Epilogus. ſunt oĩa breuibus ſummis cõplexi, ſed etiam quæ reliqua ſunt adiectis. Tuſſis quidem, ſternutatio, et ſingultus, et rigores, expultricis uirtutis ualidi motus ſunt, pãdiculatio, et oſſitatio, eiuſdem quidem uirtutis motus ſunt, ſed mediocres. In rigore uero etiam magis mediocres q̃ in prædictis motus ſũt. Ac multo magis adhuc iiſ mediocres ſũt, quos inęqualitas ciet. Ita ut eiuſmodi motus dixeris propemodum motus nõ eſſe, ſed tantũ ſenſus, Cuiuſmodi ſcilicet ſenſus in ulceroſa laſſitudine aduertũtur. Atq; hoc etiam magis in pruritu. Quippe in quo ſymptomate prurituoſorum excremẽtorũ eſt tantum ſenſus. Neq; enim aliter ea nominare dat̃. Niſi quis nitroſa ea et ſalſa, uel amara, nominare uelit. Talis namq; natura eorũ eſt. Licet aũt id intelligas, tum per ea quæ extrinſecus habent̃, ueluti urticam, et ſcillam, et muriam, et mare, aliaq; id genus. Nihiloq; minus per ea quę in ipſo ſunt corpore. Quippe illotos et ſordidos, et qui cruditate laborant, et qui nutrimẽta mali ſucci comedũt, hos proſeq; ſuperius pruritus exercet. Multoq; magis ſcabioſos et leproſos. Propterea quod ĩ his affectibus et copioſior, et craſſior eſt uicioſus ſuccus. Quo utiq; et diutius et magis ſcabũt, q̃ ulli alij, qui citra talẽ pruriũt. Nec tñ iuuant̃. Ne ſi ſe ipſos immodice ſcabendo excorient.Propterea nimirũ quod eiuſmodi ſuccus infixus ĩ ijs manet. Ac(ut ſic dicã)cuti impactus heret. Non enim adeo exiguus et tenuis eſt, ſicut in illotis aut ſorde affectis,ſed plurim⁹ et craſſus.Interim uero et glutinoſus.Oĩa igit̃ eiuſmodi ſymptomata a uicioſo ſucco ꝓueniunt. Diſſident inter ſe, cauſę tum qualitate, tum magnitudine, itemq; quiete et motu. Quippe tenuis ſalſus immotuſq; ſuccus in ijs eſt qui pruriũt.Paruus, tenuis, mordens, et immotus ĩ ulceroſis affectibus.Multus,ſalſus,craſſus, et immotus in lepris et ſcabie. Paruus tenuis et mordax cum exiguo motu in horroribus.Quod ſi uel uehemẽtius mouet̃,uel copioſior mordaciorue eſt,cõcutiẽtem rigorem infert,non horrorem.Maximum quidem,qui plurimus eſt,et uehementiſſimus, et mordaciſſimus, et motus.Minimum uero qui propter unum aliquid horum, mediocriter auctum,ex horrore in rigorem trãſire facit.Sane complures alię inter maximum minimumque rigorem differẽtiæ ſunt.Exceſſu et defectu inter ſe diſſidentes; ꝓpterea quod cauſa magis minus ue moueat̃. Itemq; quod magis minus ue ſit mordens.Ad hęc quod in cauſæ quãtitate ſit diuerſitas.His amplius quod cauſa quæ rigorem facit, uel oĩbus prædictis differentijs, uel aliquibus, uel aliqua ſit adaucta.

Pruritus vlceroſi affectus,le pręſcabiei horroris et rigoris differẽtiæ.

Atq; hæc quidem oia ſymptomata, cauſa circa cutim, et quę ſub ea ſunt carnes aceruata, incidere cõſueuerũt. Tuſſes aũt et ſternutatiões et ſingultus, alibi. Illę quidem in pulmone et faucibus ſubſiſtente cauſa, hę uero in naſo. Singultus cum in uentriculo et gula ſubſtitit. Cõe in oibus iam dictis eſt, quod expultrix uis ad uehemẽtiores motus ſe concitat, ad ea quæ cõtriſtant (ſicut prædiximus) perſequenda, præterea cum cætera quę ad gñationem eorum ſpectãt, tum quod ſternutatio ex accidenti aliquando humorũ qui in pulmõe colligunt, remedium eſt, q̃q̃ eorum cauſa nõ fiat. Ad eundem modum ea quę in uentre et gula ſingultus excitãt, ſternutationes ex accidẽti purgant, itaq; fiunt ſingultuum remedia. Quippe ab dominis muſculi intenti applicitiq;, uentrem una cõtrudũt, ita ut uiolentiorem impetum faciat, in ipſas affligentes cauſas, quas conat̃ expellere. Ac dixi ferme oia, tum actionum, tum facultatum aïalium una cum cauſis quæ ipſa gignunt, ſymptomata. Verum in primo libro nullius quod naturalibus actiõibus facultatibuſq; ſuperueniat, ſymptomatis mentionem feci. In ſecundo ex diſputationis cõſortio, de illis quoq;, pauca locuti ſumus. Verum abſolutam et ꝓpriam de ijs diſceptationem, in lib. qui hunc ſequetur faciemus.

mus. Nunc quo oia quæ aialibus facultatibus ſuperueniũt ſymptomata, duobus ijs libris ſint abſoluta, ea quę rectrices actiones comitãtur ſymptomata dicemus. Sũt igitur in ijs tria prima ſymptomatum genera. Vnum, actionis amiſſio. Alterum, actiõis lęſio. Tercium eius in alteram ſpeciem mutatio. Et amiſſio quidem in ſtoliditate et obliuiõe. Viſum nãq; nõ raro eſt, morbos ubi in abſceſſum aliquem abierũt, ſtulticiã obliuionem ue intuliſſe. Vidimus enim quoſdam qui et lr̃as et artem oino fuerant obliti, imo nec ꝓpria nomina meminerãt, cuiuſmodi aliquid Athenis i peſte accidiſſe memorat Thucydides. Quoſdam eni ex ijs qui euaſerãt, et ſeipos et ſuos ignorauiſſe. Iam uiſi ſunt et ꝓpter extremum ſenium nõnulli ſimilibus ſymptomatis tentari. Ex quo manifeſtum fit, et fatuitatem, et obliuionem, ex refrigeratione creari. Quinetiam medicamẽta quæ eiuſmodi ſymptomata inducũt, frigida uiribus ſunt. Ac talia quidem ſymptomata ipſum cerebri corpus perfrigeratum eſſe docẽt. Sicuti apoplexię et epilepſęs, ex pituitoſi ſucci multitudine, in ipſius cerebri uentriculis collecta, gigni uidenť. Eoq; fit, ut ſubitanea ſit, earum tam generatio q̃ diſcuſſio. Quod accidere in corporũ intemperie nullo modo poteſt. At mediocres tum ratio-

Rectricis actionis ſymptomata.

Thucydides. in ſec[illegible] de bello pelo[illegible] neſiaco

Apoplexie
Epilepſie

nis, tum memoriæ noxæ, quaſiq; torpores, ex minore refrigeratione incidũt. Veluti aũt ex medicamento aliquo refrigerãte in corpus aſſumpto, aut capiti impoſito, aut etiam frigido ſucco in cerebro collecto. Iam deliria oĩa, tum praui motus regentis facultatis ſunt, tũ uel ex uicioſis cõtracta ſuccis, uel eorum quæ ſunt in cerebro intemperie. Nominant̃ aũt ex his, quæ quidem cum febri ſunt, phrenitides, quę ſine febri ſunt, Inſaniæ, gręce Maniæ. Ac reliqua quidem deliria ex mordentibus et calidis oriunt̃ ſuccis qualis maxĩe flaua eſt bilis. Sæpe etiam ex calidiore cerebri intemperie. Sola uero illa quæ melãcholica uocãtur, frigidum ſuccum ꝑ cauſa habẽt. Quippe phrenitis non tantum ex calidis ortum habet ſuccis, Sed ſupra id, etiam phlegmonen ĩ cerebro et eius inuolucris excitat. In reliquis uero febribus deliria fiũt, eiuſmodi ſucco ĩ cerebro exuberãte. In ijs uero quę in acutiſſimarũ febrium ſummo incremẽto incidũt, uapor aliquis mordens ac calidus ad cerebrũ aſcendit. Melancholica uero deliria multarũ ſunt ſpecierũ. Ex corruptis ſcilicet ſpeciatim imaginatiõibus, Vnum tñ illud quod ab Hippocra. perhibet̃, oĩbus cõe eſſe uidet̃. Si timor et mæſticia multo tempore durant, melãcholicum eiuſmodi ſymptoma eſt. Sunt enim oẽs ſine cauſa

mæſti.

[illegible] de ſine feb.
[illegible] thomas
[illegible] doctus
[illegible] ad mẽs [illegible]
[illegible] fr. aº 1536.

Hippocra/tis dictum.

Varia timoris melancholicos.

mæſti. Nec ſi roges quam ob rem mœreāt, reddere cauſam poſſunt. Timēt aūt eorū nonnulli, tum mortem, tum alia quæ minime ſunt timenda. Non deſunt et qui mori uehemēter expectāt. Cæterum quod ex atra bili, cum principiū rationalis animæ occupauit, timor mærorq; ac mortꝭ expectatio accidant, nihil mirū. Siquidem etiam eorū quę extra corpus ſunt, nihil uidemus, quod nos perinde terreat, ac tenebrę. Ergo cū tenebræ rationalis animę parti ſunt circunfuſę, neceſſe eſt hominem timere. Vt qui ſemper una cū corpore ſuo timoris cauſam circūferat. Quod enim nobis extrinſecus fit, altiſſimis tenebris circūdatū nobis aerem ad tempus aliquod occupātibus, id melancholiæ uicio laborātibus, ab interno, et ip̄o corpore cōtingit. Scilicet uel ipſa nigra bili cerebrū occupāte, uel aliqua melancholici halitus ex halatiōe. Veluti in morbo flatuoſo et quem hypochon driacon vocant.

GALENI DE SYMPTOMATVM CAVſis liber tercius Thoma Linacro Anglo interprete incipit.

QVAE VERO IN naturalibus functionibus facultatibusq; ſymptomata fiūt, eandem, quam ea quæ in aialibus actionibus incidūt inuẽtionis rationem habent, Pręſtiterit tamen fortaſſis, in horum quoq; ſpeciebus exercitatos eſſe. Quemadmodum etiam in ijs quæ animaliũ ſunt actionum, ſumus exercitati. Ergo oĩm quę uirtutibus nocent inueniendarum cauſarũ caput eſt, modi quo per ſanitatem operabant̃, cognitio. Si enim atterendo cõcoqueret cibos uentriculus, cũ attritio eius eſſet impedita, cõcoctionis ſymptomata exiſterent. Scilicet cum prorſus non attereret, ut prorſus non cõcoqueret. Cũ uicioſe attereret, ut uicioſe cibos coqueret. Eadem ratio ſi putrefaciendo cõcoqueret, cũ non putrefaceret non cõcoqueret. At ſi ueluti nos demõſtrauimus, ipſa cõcoctio alteratio in qualitate eſt, fit aũt a uentriculo cibũ ſibi aſſimilante: palam eſt fruſtrationem in alteratiõe, cõcoctiõis ſymptoma fore. Ac ſiqdem nulla oĩno alteratio ſit, ſymptoma id apepſia ſiue cruditas noĩat̃. Ad eũ modum quo ĩ animi functionibus immobilitas et inſenſibilitas. Significãtibus ſcilicet his uocibus actionis in primate particula amiſſionem, ac priuationem. Sin alteretur non tamen ſicut oportet, cruditas quidem ſiue apepſia id quoq; appellatur. Significatur tamen non utiq; ſicut prius priuatio, ſed deprauatio dumtaxat. Cum aũt ſit deprauatio duplex, uel quod tarde et nondum cõuenientem mu-

Caput inueniendorum oĩm quæ virtutibus nocent.

Apepſia.

Alia apepſia.

tationem cibus ſuſcipiat, uel quod corrūpat̃ oīno, ita ut naturalem gratiam prorſus recipere nequeat, priorem quidem bradypepſiam id eſt tardam concoctionem nomināt. Secūda nomen ꝓprium non inuenit. Ac tot quidem concoctionis ſunt noxæ. Cauſa uero earum cōmunis quidem eſt, alteratricis facultatis fruſtratio. Ea diuidit̃ in ſpecies et genera. Ac prima quidem duo genera fruſtrationis ſunt, Alterum ex facultate ip̄a lęſa, Alterum ab externo quopiam errore ꝓueniens. Diuiditur rurſus horū utrumq;, Virtutis quidem lęſio biſariam. Aut enim ſubſtantiæ ſuę incidit culpa, aut morbi alicuius inſtrumētalis. Externus error triplex eſt, Alius in excrementis, quæ in uentre habent̃, Alius in cibis, Alius in tempore ſomni. Verum quæ in facultatis ſubſtātia noxæ incidūt, intemperies quædem ſunt actiuarū qualitatum. Quę uero ab inſtrumentalibus oriūtur morbis, eę in ijs quæ heryſipelata græce uocantur, et œdematis, et phlegmonis, et ſcirris, et abſceſſibus, et carbunculis, et alijs circa uentrem id genus, partim ſimplicibus, partim cōpoſitis morbis cōſiſtūt. Ac horū quidem oīm occaſione, uenter male concoquit. Ipſa ſcilicet facultate eius cōcoctrice lęſa. In temperamēti quidem uicijs, ꝓpria eius ſubſtantia labefactata, In cæteris mor-

bis,

Bradypepſia.

Cā apepſias & bradypepſias cōis.

Fruſtrādæ alteratricis duo.

Virtutis lęſio duplex.

Externus error triplex.

bis, qui tantum ſunt inſtrumẽtales, duntaxat impedita. Qui uero ex intemperie ſimul et inſtrumẽtali morbo cõpoſiti affectus ſunt, utroq; modo ſũt noxij. Atq; oĩbus ijs occaſionibus uenter male cõcoquit, etiam ſi in nullo alio eorum quę intrinſecus ſunt, peccetur.

Non cõcoquẽdi externæ cauſæ.

Rurſus uentre ipſo minime affecto, non cõcoquit aĩal, uel ꝓpter cibi ac potiõis immodicam copiam, uel ꝓpter qualitatem alienam, uel propter intempeſtiuitatem, uel incõgruũ ordinem uel uicioſum excremẽtum, uel ſomnum exiguum. Verũ quæ a uicioſis ciborum qualitatibus, et excremẽtis quæ in uentre habent̃ cõſiſtãt cũ corruptiõe ſunt incõcocta. Sicut interim quæ parũ conuenienti ordine, et intempeſtiue ſunt ſumpta. Dico aũt parũ conuenientem ordinem, ſi mala, uerbi grã, et punica prio loco ſumant̃, olera ex oleo et garo ultimo loco. Intempeſtiuitatem uero, ſi mane anteq̃ prior cibus deſcenderit, uel paulo ante exercitationem prandeat̃.

Fumoſæ corruptelę vnde.

Porro corruptelæ quæ quidem fumoſæ ſunt, ex calidioribus magiſq; bilioſis ueniũt cibis.

Acidę vnde.

Acidæ uero, ex ijs qui frigidiores natura ſũt, magiſq; pituitoſi. Similiter aũt et in excremẽtis fit. Acidas quidem creant quæ pituitoſa ſunt et frigida. Fumoſas quæ calida et bilioſa. Etiam ipſe uenter. Sub frigidioribus quidem morbis acidas. Sub calidioribus fumoſas mutatiões facit. Tarditatem uero concoctionis efficiunt, ea quæ ægre quidem corrumpuntur, Cæterum plus ualent q̃ uirtus aut ſomnus. Vbi aũt citra corruptelam concoctionis oĩno eſt priuatio, ſcire licet eo caſu prorſus ſuperatum eſſe uentrem, uel ab immodica multitudine, ut ad uirtutis imbecillitatem, uel a ualido frigore. Adeo enim in tali ſtatu uenter non concoquit, ut etiam cõcoquere prorſus non tentet. Ergo hęc tibi eius quoq; cruditatis quæ in uaſis ſanguinis accidit, exempla ſunto. Siq̃dem hãc quoq; ad eoſdem modos reduces. Sicuti ad hanc, etiam eam quæ in tertia eſt cõcoctiõe, quam totius habitus nutritio ſequit̃. Scilicet eandem proportionem habente alimento quod ex uentre in uenas digeritur, et quod ex uenis ad carnes deducit̃, quam habent ad uentriculum, quæ comeduntur et bibuntur. Hæc igit̃ oĩa nobis indicauit cõcoctionis modus præcognitus. Scientes enim quod quatuor elemẽtorum certa quædam temperies, quæ ꝓprietatem corporis uentriculi effecit, mutationis ciborũ eſt cauſa, tum quod plurimam in id uim, calidũ elementũ cõfert: ueluti a manu, ad cauſarum in cruditatibus inuentionem ducti ſumus. Eſt porro nõ in cruditatibus modo, ſed etiam in omni ſymptomatum genere,

Concoctionis modũ oĩa cõcoctiõis ſymptomata docere.

aliud actionis ueluti amiſſio ſeu priuatio, ſeu quomodocũqꝫ aliter id nominare libet, aliud uelut inchoata deficienſqꝫ actio, aliud praua et errãs. Atqꝫ in uentre quidem ceu mox eſt dictũ, priuatio quidem actionis eſt, cum cibi ne uel minimã quidem mutationem accipiũt. Deficiẽs aũt in tarditate cõcoctiõis cõſiſtit, Sicuti praua et errans, in corruptelis. In uenis aũt priuatio actionis eſt, cũ ſucci oĩno ſunt crudi. Deficiens actio cum ſemicocti, Praua cũ uicioſi. Ad eundem modum in tota quoqꝫ aĩalis mole, quæ uelut priuatio eſt, in crudis iſtic cõſiſtit ſuccis. Quę tanq̃ deficiẽs eſt functio, in ſemicoctis, ſicut praua, in uicioſis hoc loci ſuccis. Porro ex ijs uicioſis ſuccis, eriſipelata cancri gangrenęqꝫ naſcũtur. Pręterea phlegmonę, carbunculi, ulcera ſerpentia, aliaqꝫ eiuſmodi. In nutriendi aũt actione, priuatio quidem actionis in Atrophia eſt. Deficiens uero nutritio in gracilitate. Vicioſa, in leucis, et elephantiaſi cernitur. Cauſæ oĩm quæ prædicta ſunt ſymptomatum, eędem genere ſunt, cum ijs quę ſupra de uentre ſunt dictæ. Quędam ſcilicet in uirtutis imbecillitatem, quædam in nutrimenti uicium. Tertiæ in uitæ rationem, et ea quę extrinſecus aĩali incidũt, reductę. Ad eundem quoqꝫ modum uirtutis imbecillitates, Quæ quidem ꝓprię ſunt, ſimi-

Ex quibus viciosis ſuccis eriſipelata cancri et gangrenę phlegmõe carbunculi vlcera ſerpentia aliaque.

larium in, Temperiem, quæ non ꝓpriȩ, inſtrumentales ſequuntur morbos. Vicia uero nutrimenti, in abundantiam et qualitatem diducūtur. Non ſecus arbitror et uitæ rationum, et eorum quæ extrinſecus apropinquāt errores, in ordinem uiciatum, et intempeſtiuitatem quandam diuidūtur. Vocorationē uitæ, Equitationem, piſcationem, uenerem, balineas, ambulationes, uenationes, oīa deniq; in quibus aliquid corpore agimus. Oportet aūt medicum non ſolum ſymptomatum agnoſcēdorum facultatem habere, ac generatiōis eorū inueniendȩ peritum eſſe, ſed etiam modi quo generentur. Qui inter effectricium cauſarū differentias numeratur. Neq; enim illud tantum ſciſſe, an uenter oīno non cōcoxit, par eſt, niſi etiam norit quāobrem id acciderit, utrum ne ꝓpter nimiam cōcoquentis facultatis imbecillitatem, an copiam aliquam immodicā, an peſſimam aliquam ciborū qualitatem. Quippe ſymptoma quod ex cibis oritur, ex facili corrigitur. Quod aūt ex ultimo uirtutis incidit collapſu, in lienteriam, aut tympanian hydropa finitur. In uenis quoq; ſimili ratiōe, non ſolū ſanguinis fruſtrationem ȩſtimari cōueniet, ſed etiam qua ex cauſa ea cōtingat, utrum ne ex ſanguificȩ uirtutis imbecillitate (non enim incommode ita nominem) an ex

Medici officium.

multitudiē

Tympania fit ex S [illegible] [illegible] [illegible]
Aqua intercus < Ascytes fit ex sanguificę virtutis imbecillitate.
Anasarca fit ex [illegible] imbecillitate [illegible] que fuit i [illegible]

Maxie ventris intemperiei ſignum.

multitudine ſuccorum, qui a uentriculo ſummittũtur. Quippe hoc facilis ſanationis eſt. Illud in hydropem terminat̃. Ad eundem modum in carne. Qui namq; a morbis immodice ſe ſaciant, flatuoſi, ac toto corporis habitu turgidi reddũtur. Ex imbecillitate uero uiriũ qui anaſarca uocant̃ hyderi exiſtũt. Atq; oẽs quidem magnæ intemperies, uirtutem deijciunt. Verum quę ex frigido ſuperante cõſtant, frigidos effectus excitare ſunt idoneę. Quæ uero ex calido, cõtrarios. Eodem aũt modo, et in reliqua oppoſitiõe cõiugatiõeq; intellige. In oibus uero (ceu dictũ eſt) cois eſt a naturali ſtatu maxia mutatio. Circa mediocres enim et cõſuetos cibos, nihil in totum efficiſſe, maximam uentris intemperiem prodit. Verum ſi ꝓpter exuperãtem calorem tale quid accidat, ꝓtinus etiam corrũpunt̃ cibi. Generatim quidem corruptela quadam, quę ad fumoſum inclinet. Speciatim uero ꝓ ſua quiſq; natura. Quippe alia cũ corrũpuntur, tanq̃ uirus, alia tanq̃ lutum, alia crudos piſces, aut indicibilem alienãq; putredinem olent. Nullũ enim edibiliũ uehemẽter calefactum, durare imputre poteſt. Protinus autẽ ſitiunt quoq; immodice, qui ita ſunt affecti, febricitantq; interdũ tenui paruaq; hectica febri. Sin ex frigore immodico perditur oino ciborũ cõcoctio, nec ſiti nec febri affligũtur, et ciborum ipſorũ qualitates, ſiue ructare uelint, ſiue uomere, plane ſeruant. Quod ſi exigua quæpiam circa cõcoctionem eorũ ſit actio, tum ciborũ natura uel medij temperamẽti, uel frigidioris, acidi ructus fiũt. Sin calidiore temperie ſint, aut etiam natura flatuoſi, uentriculus halituoſo impletur ſpũ. Ac ĩ eiuſmodi quidem intemperies breui perducit̃ uentriculus. In humiditate uero et ſiccitate adeo intemperatus uẽter eſſe, ut actionem amittat, non poteſt ſine ꝓlixo temporis ſpacio, Debetqꝫ præceſſiſſe humiditatem quidem hydrops, Siccitatem uel ſeniũ uel maraſmus Verũ tales diſtinxiſſe differentias, alterius eſt operis. Modo aũt ad retentricem ueniendum eſt uim. Eſt enim in hac quoqꝫ prima ſymptomatum differentia triplex. Ea uidelicet uel oĩo cibos non complectente, uel diminute, uel uicioſe. Ac cũ vel prorſus nõ cõplectit̃, uel debiliter, flatus et fluctuatiões cum ſonitu, græce clydones dicti, ſuccedũt. Flatus quidem, ubi et cibi flatuoſi ſũt, et uentriculus non admodum frigidus. Fluctuatiões cũ ſonitu, cũ uel nihil in eo cõtinet̃, quod uerti in flatum poſſit, uel ualẽter ſit perfrigeratus. Quippe talis affectus nullum gignit halitum. Cõſtat aũt citra potionem nõ poſſe fieri in uentre ſonoras fluctuationes. Porro

Acidi ructus unde.

De retentrice.

Flatus et clydones ex complectentis virtutꝫ vicio.

Valenter ꝑfrigeratũ ventrẽ nullũ gignere halitũ. Clydones citra potionem non gigni.

quod

quod infirmus ad ultimum uenter ſit, ĩ cauſa morbus eſt. Alius ut ſimilaris eſt particula. Alius ut inſtrumētalis. De prauis aũt in eo motibus quod uel tremulenti ſint uel palpitantes, uel tanq̄ cum concuſſione uel cõuulſiui, dictum ſupra eſt in ſymptomatum diffirentijs. Qualis uero dictorũ quiſq; ſit motuum, tum quæ cuiuſq; eorũ cauſa, prio huius operis libro eſt indicatũ. Nunc tantulũ etiam adijciendũ eſt, quod tam expultricis q̄ retētricis uirtutis, tum morbi, tum ſymptomata miſcent̃. Verbi gr̃a cõuulſiuus uentriculi motus, qui ĩ ſingultiēdo accidit, cõuulſio quidem in totum non eſt, ut pote quæ in ſolis accidit muſculis. Ventriculus aũt nec ipſe muſculus eſt, nec eius os. Sed ueluti conuulſio quedam ambarũ uirtutũ cõe ſymptoma eſt, retentricis q̃dem, quod uenter cũ ſingultit, praue et non naturaliter cibos cõplectit̃. Expultricis ꝓpterea qā primũ eius eſt ipſe motus prauus, dũ ſcilicet cupit, quod cõtriſtat reijcere. Sane non idem eſt uomentibus atq; ſingultientibus motus: propterea ſcilicet quod non idem affectus. Quippe ĩ uomitionibus, ea quæ in capacitate ſũt uentrꝭ reijciũt. In ſingultu quæ in ipſo uentris ſunt copore, Simili ſcilicet tum affectu, tum motu, qualem in ijs qui ex intemperie tuſſiũt monſtrauimus. Oĩbus nimirum uentriculi

ulſioni i ſolis
ſculis fieri.

partibus quod ſe cõtriſtat expellentibus. Proinde eiuſmodi ſymptoma tum ijs quibus uentriculus perfrigeratus eſt, tum qui piperis alteriusue perinde calidi medicamenti multum et ſemel liberaliter ſumpſerũt, deinde ſuper id calidam potionem biberũt, incidit. Quibus utiq; magis etiam ſingultire cõtingit, ubi piper ad ſubtiliſſimum puluerem eſt redactum. Quippe eiuſmodi piper altius in ipſum uentriculi corpus inſerit̃. Ad eundem modũ et cæteris oĩbus frigerãtibus calefaciẽtibuſq; quę in corpus ipſum uentriculi deſcendũt, ſingultus ſuperuenit. Eſtq; is ſingultus primum expultricis uirtutis motus quidam non legittimus. Secũdo loco retentiuę ac cõplectẽtis. Pari modo nauſea quoq; et uomitus expultricis facultatis praui motus ſũt, ad ea quæ uentris corpus cõtriſtant, q̃ citiſſime per ſtomachum uacuanda. Simile huic ſymptoma eſt, et quod in liẽterijs, ſiue inteſtinorũ leuitate apparet. Cum uenter ab aliquo, quod morſu, pondere ue, cõtriſtet, uexatur: eijcere id ſtatim cupit. Cum aũt duo eius ſint ora, ſupernum quidem in gula, infernum in pyloro: ad utrumcumq; horũ uergit quod offendit, eo abutit̃ ad expulſionem. Quod ſi toti illi talis affectus aliqñ cõtingit, etiam utroq; ore ſimul utitur. Veluti in uocatis choleris. Reliqua ue-

Singnltus cuiuſmõi motus.

Nauſea et vomitus cuiuſmõi.

Tractricis ventriculi facultatis ſymptomata.

ro quartaq; eius facultas, nempe tractrix, triplice genere ſymptomatum tentat̃, Vel cibos trahere in totum non ualens, vocaturq; id ſymptoma, ſtomachi paralyſis, Vel ægre trahẽs. Quo tempore relaxari quidem incipit, relaxatus tamen adhuc nõ eſt.

Stomachi paralyſis.

Tercium præter hæc eſt, ubi aliquid praue et non rite trahit. Praui aũt et non legittimi motus ſæpe iam dicti ſunt. Non ſecus aũt et affectus quorum occaſiones incidũt. Sane accidit aliqñ, ut etiam carnoſum aliquid (qualia ſæpe foris uidemus) in ſtomacho naſcat̃. Quod uel omnino ciborũ uiam obſtruat, uel aliquatenus impediat. Vocãtur aũt eiuſmodi morbi inſtrumẽtales. Et ꝓditum de ijs eſt in lib. de morboꝝ differen. Ac uenter quidem cũ pro naturæ lege ſe habet, trahit quidem ad ſe ſuperne per ſtomachum, deorſum uero excernit. Cum pręter naturam eſt affectus, etiam ab inferioribus aliquid capit. Nam et clyſteris aliquid non nullis in uentrem ſubijt, ita ut uomerẽt, præterea ſtercus in lætalibus iliacis. Satius enim eſt exiſtimemus eum in eiuſmodi affectibus nõ trahere, ſed quod ab inteſtinis uiolenter retrudẽtibus aſcendit, dumtaxat recipere.

[illegible]

Clyſteris aliquid in ventriculum aliqñ ſubire.

Quippe in inteſtinis (iam enim de ijs agere tempeſtiuum eſt) cõplexio comprehenſioq; eſt, ceu alibi eſt monſtratum, Qua uſa nutrimẽtum ad

De inteſtinorum motibus.

inferiorem ſuum exitum propellũt. In quibuſdam tamen affectibus cũ conſtringendi cõplectendiq; motus inferne incipit, ea quæ in ijs cõtinentur, ſurſum ferunt̃. Qua ratiõe acer quoq; ſuccus quiſpiã, qui ad ſedem aliqñ fuerat delatus, ac uel in foro, uel alio quopiã loco uerſatis, aut negocio aliquo quod deſerere non licuit diſtrictis, uiolenter retẽtus, rurſum eſt ſubductus, uentremq; momordit ac caput uaporando impleuit. Principio quidem motus ab aiali organo ſphictere, id eſt muſculo ad imum inteſtinum accepto. Ab hinc uero unoquoq; inteſtino retro id a ſe ad ſupra ſepoſitũ trudẽte. Simili modo ac prius in pręceps trudebat. Ad eundem uero modum crepitus quoq; deſcendere prohibitus, interim reuertit̃. Ergo mirũ non eſt, clyſmatis quoq; aliquid et ſtercoris, ex tam uiolenta inteſtinorũ cõſtrictione, ad uentrem aliqñ præter naturam reuocari, deinde ad exitum properare. Cæteri uero eoꝝ motus ex genere quidem naturalium motuum ſũt. Verum uel diminuti, uel alieni. Atq; iccirco etiam ſymptomata. Accipiendi uero ſunt, ad eorum qui de uentre ſunt dicti portionem. Pari modo et motus eorũ priuatio. Ipſa non leuiſſimum ſymptoma. Ex quali cauſa gigni etiam et ileos poteſt. Iam moles quæ præter naturam ſunt aliquãdo deſcendere

Sphicter.

excrementa ſub iuſta menſura omnino prohibebunt. Sicut durum etiam ſtercus in aliquod inteſtinorum uolumen impactum quod ſupra eſt, deorſum ferri aliquando uetabit. Ac ſeruatur hic quoqꝫ ad ea quæ de uentre ſunt dicta, proportio, omnibus ſcilicet ſymptomatis, uel ex intemperie, uel ꝓpter collectiones aliquas non naturales, uel ipſa quæ continētur excremēta factis. Itaqꝫ ſatius eſt in his non amplius morari, ſed ad aliud ſymptomatum genus tranſire. Eſt igit̃ naturale quoddam opus, alimēti ipſa ex uentriculo in iecur, ex iecinore uero in totū corpus digeſtio. Hanc perfici monſtratum eſt, ſingulis particulis conueniens ſibi nutrimentum trahentibus. Quare ſymptomata circa huiuſmodi quoqꝫ actionem triplicia incidēt. Alias diminute, alias non rite, alias oīno non peractam. Cauſę uero triplices ſunt, quemadmodum in antedictis, uel intemperies trahentiū, uel inſtrumētales eorūdem morbi, uel nutrimēti quod digerit̃ uiciū. Ac intemperies ꝗdem uirtutem ipſam reddūt imbecillam. Inſtrumētales morbi uias anguſtant. Alimenti uicia ſunt, craſſitudo, et lenticia, de quorum agnitione dicendi tempus nunc non eſt, ſed ad ſeparationem excremētorum ueniendum. Sunt uero in hac quoqꝫ cauſæ triplices, Vna quidem par

De dige-ſtione.

Quemad-modū perficiat̃ digeſtio.

De excre-mētorū ſeparatiōe.

ticularum quæ excremẽta expurgent imbecillitas. Secunda uiarum anguſtia. Tertia excremẽti ipſius uicium. Ac imbecillitatis quidem cauſa intemperies eſt. Viarum anguſtię, obſtructio uel aliquis in inſtrumẽtis tumor. Verum tumoris eiuſmodi cauſa fluxio humorũ eſt, quę in ipſum inſtrumẽtorum corpus ꝓcumbit. Obſtructionis uero, uel craſſitas ſuccorum, uel lentor, uel germinis ritu aliquid adnatum. Excremẽtorum ipſorum uicia ſunt multitudo craſſitas et lentor. Cum aũt triplex ſit in uenarũ cõcoctione excremẽtum, unũ amarabilis, alterum nigra, tercium ſeroſum, Bilioſum ꝗdem ueſica quæ iecinori ſubeſt, expurgat, Melãcholicum lienis. Seroſum, renes. Itaqꝫ etiam parum commode purgabũtur horũ ſingula, uel ex debilitate propriorũ inſtrumẽtorũ cuiuſqꝫ, uel uijs quomodocũqꝫ obſtructis. Cum aũt hę duplices ſint, alię per quas trahit̃ ſuperuacuum, aliæ per quas emittitur: in utriſqꝫ ſane ſeperationi oberit anguſtia. Aliqñ horum nullum eſt in culpa. Sed excrementi multitudo, cũ immodica eſt, nec tota ſimul expurgari potens, una cũ ſanguine per totum corpus defertur. Hanc immodicam excrementi uim, duplices pariunt cauſæ. Alteratrix facultas parum cõmode ſe habẽs, et ciborũ vicium. Ac lędendæ quidem uirtutis, intem-

Triplex in venarũ cõcoctiõe excremẽtũ.

Excremẽtorum duplex.

Cibis ſua reſpõdere excrementa.

Quæ ſingulis excremẽtis ſymptomata ſuccedant.

[illegible]phantia

anaſarca

Oedema.

[illegible]

peries particularum eſt cauſa, ceu ſæpenumero eſt dictum. Ciborum uero uicium, cuiqꝫ excremento reſpondet ſuum. Alij namqꝫ magis melancholicæ naturæ ſunt: alij magis aquoſæ, alij magis bilioſę, veluti deſinitum in libris de ijs eſt. Sed et alteratricis potentiæ intemperies quæ ad calidius ſit uerſa, alias bilioſum, alias melancholicũ efficit excrementum. Quemadmodũ aũt utrũqꝫ, in alijs eſt traditũ. Ad frigidius uero mutata, uel pituitoſius, uel aquoſius facit excremẽtum. Porro ſingula excrementa, ꝓpria ſymptomatis ſpecies comitatur. Amaram quidem bilem cum in toto corpore redundat, regius uocatus morbus, Cum unam quampiam particulam obſidet, eriſipelata et ulcerum ſerpẽtia. Nigram uero in toto quidem corpore, elephantia. In una quapiam particula, cancer. Pituitoſo excremẽto in toto quidem corpore ſuccedit hydrops Leucophlegmatias dictus, Cum in una inſedit particula, tumor qui œdema græce dicit̃. Vocant ita, indolentem ac laxum tumorem. Ac ſeroſa excrementa cũ redundãt, tum aſcites uocatus hydrops, excipit, tum papularũ in ijs aĩalis partibus, in quas perducta ſuperflua ſũt, ꝓuentus. Atqꝫ ita quidem ſit ubi quodqꝫ excremẽtum ſincerum redundat. Vbi aũt et inter ſe, et cũ ſanguine miſcẽtur, complures tam ſymptomatum q̃ morborum ſpecies exiſtunt. De quibus hic pluribus diſputare non eſt neceſſe: ſed ad ꝓpoſitum redeundum. Naturaliũ actionũ prima ac ꝓpemodũ oĩm maxĩe neceſſaria nutritio eſt. Quæ alteratricis actionis quædam eſt ſpecies. Eſt enim et concoctio quæ in uentre agitur, alteratio. Non ſecus aũt, et quæ in uenis. Quibus accedit ea quæ in quacꝫ eſt particula. Poſt quam quarta eſt, quã aſſimulationem uocãt. Noĩe q̃dem a nutritiõe diſſidens. Re aũt non diſſidens. Fruſtratur aũt et nutritio, cũ uel prorſus non fit, uel intra iuſtũ modum uicioſe ue fit. Idcꝫ uel culpa nutritiuę uirtutis, quæ alteratricis eſt ſpecies, uel materiæ defectu uicioue. Defectu quidem in atrophijs. Quęcꝫ ob defectum, quæcꝫ ob priuationem nominant̃. Vicio uero, ut in elephantiaſi et leucis, cęteriſcꝫ id genus. Accidit enim dum a̾glutinat̃ carnibus nutrimentum, ubi pituitoſior ſanguis eſt, carnem quocꝫ effici magis pituitoſam. Necꝫ enim idem eſt carni eſſe et pituitoſę carni eſſe. Sicuti nec carni eſſe et melancholicę carni eſſe, nec bilioſę atcꝫ temperatę eſſe, et a primis qualitatibus nominãti, humidiori, et ſicciori, et calidiori, et frigidiori. Certiorem fidem ſermoni noſtro adhibebis, ſi aĩaliũ carnes, tum ſanguine præditorũ, tum ex anguium æſtimabis. Ad

Nutritio oĩm naturaliũ actionum præcipua.

Alterationes quatuor.

Aſſimilationem et nutritionem re nõ differre.

Carnem manere ſed formã ex alimēto mutari.

Pituitoſa et alba caro quomodo fiat.

Leucæ.

Vitiliginū generatio.

hæc etiam reptilium, quæcūq; ueris tempore gigni cernūtur. Maxieq; ex ijs, quęcūq; viridium hærbarum colorem præferūt. Cęterum horū caro ſimillima ipſis hærbis eſt. Aliorū alba, et exanguis, ueluti locuſtæ et polypodis, atq; aliorū alia quædem. Neq; enim noiare facile eſt eorū differētias. Adeo infinitę multitudinis ſunt. Ergo cū (ſicuti diximus) caro longo tēpore pituitoſo ſimul ac glutinoſo ſanguine nutritur, caro quidem adhuc manet, mutat̃ tñ eius forma et in alteram ſpeciem uertitur, fitque media quędam inter ſanguineam exanguemq; carnem. Vbi aūt talis eſt reddita, accidit ei, ut de cætero allatū ſibi nutrimentū non magis uel tentet in rubram carnis ſpēm mutare, q̃ polypodes et locuſtæ. Ita fit, ut tum alba, tum pituitoſa tota q̃ citiſſie euadat, cum nec ipſa poſſit nutrimentum ad ruborem uertere, et ſimul pituitoſum illud affluat. Ergo qualem ab initio locuſta carnem habet, fereq; oēs oſtreæ, talem ex tranſmutatiōe habent, qui leucis fædantur. Ita enim carnis uiciū nominãt, a colore ſcilicet albo nomen iponētes. Sicut nigræ et calloſæ carni ab elephãte nomen ferunt. Fit itaq; eodem quo leucæ modo, melancholico nutrimēto ad carnem longo tempore cōfluente. Vitiliginum aūt generatio, cū prædictis uicijs ſimilis eſt generis. Non tamen ſub ijs tota caro uiciatur:ſed in ſummo corpore,ueluti ſquamæ quæpiam,uitiligines inſiguntur. Albæ quidem ex pituitoſo, nigrę ex melancholico ſucco exortæ.

Ariſtotel.

Quam magnā uero uim habeat nutrimentū ad carnis mutationem, etiam ab Ariſto. eſt traditū, ubi meminit regionū in quibus pecora, tam colore q̃ cæteris differentijs ſenſibilibus mutant̃ atq; alterantur.

Opinio.

Qui uero a nutrimẽto alterari nutrita inficiant̃ (quippe nutrimẽtum uincentis eſſe nomen, non eius quod vincitur) hi de mutatiõe quę in aĩalibus cernit̃, q̄d recti dicant nõ habent. Multoq; minus de ea quæ in ſtirpibus notatur,ſed a rebus quæ luculenter oĩbus apparẽt,quid dicãt,incerti herẽtesq; reddunt̃.

De planta perſica in ægyptum tranſlata.

Siquidem quod de perſica planta,quæ ex perſide in ægyptū eſt trãſlata ꝓditur,nemini eſt incognitum. Veluti(arbitror) nec quod apud nos in uitibus apparet,quæ cum loca mutant, diuerſum afferũt uinum. De alijs uero ſtirpibus tradiderũt, qui de agricultura ſcripſerũt. Sicuti etiam de hærbis, ij qui de his prodiderunt. Tranſportatæ enim ex alijs in alia loca, ſæpeminus q̃ duorum ſtadiorũ interuallo, multis modis alterant̃.

Opinio.

Cõueniebat igit̃, qui aiunt nutrimẽti nomen, eius quod uincitur alteraturque, ac mutatur dumtaxat eſſe, non id modo ſciſſe, ac dixiſſe, ſed etiam de leuces gñatiōe diſſerere tentaſſe. Quippe aut ipſa nutrita caro, eius morbi cauſa eſt, aut ipſum nutrimenti uiciū. Sed ſi nutrimentū cauſa non eſt (Ita enim uolūt) neceſſe eſt carnem dicāt. Quid ergo patitur hęc quod nutrimentū ſibi in totū non aſſimulat? Fiet enim eo certe pacto natura uicij cauſa. At multo (arbitror) ſatius erat nutrimēto cauſā imputare. Iam uero nec ꝓpterea quod nutriti opus ſit, ut ſibi nutrimentū aſſimilet, aſſimulari ac mutari nutrimenti ſit paſſio: non poteſt idcirco quod patitur uiciſſim aliq̄d tametſi minimū in id quod agit facere. Cum eius ſentētiæ maxīe cōtrarium in diſputatiōe de ijs, non nos modo oſtendimus, ſed etiam ex philoſophis ij qui oīm naturæ affectuū, ac paſſionum grauiſſimi interpretes fuerūt. Apparet enim oīa tametſi multo ijs quibus appropinquant ſint ualentiora, aliquid tamen ab ipſis ſenſibile manifeſtumq; pati. Et ſi non primo ſtatim occurſu, at certe temporis ꝓceſſu. Iam ferrum acutiſſimum, molliſſima ſecanda carne eſt hebetatum. Et duriſſimus lapis a guttula, longo tempore ictus, cauitatem cōtraxit. Quid uero in ijs quæ mixta ſūt fiat, oēs norūt. Siue enim in amphoram aquæ feruentis, frigidæ heminam inijcias, quod mixtū ex ambobus eſt, nō ſolum quod hemina uincatur, indicabit,

Valētio ra ſemper aliq̄d ab imbecillioribus appropinquātibus pati.

phora [illegible]
3 [illegible].
mina [illegible].

dicabit, ſed etiam quod uincēs patiatur. Siue contra heminam calidæ, immittas in amphoram frigidæ, uincetur quidem hemina, patietur tñ puſillum aliquid et amphora. Verum (ut ſupra quoqꝫ diximus) nec refellere hoc loco opiniones inſtitui, nec ꝓlixus eſſe. Sed quoad fieri poteſt maxia cū celeritate docere. Ergo leuce maximus quidem alteratricis uirtutis error eſt. Parui aūt alij complures ſunt. Carne ſcilicet in humore, ſiccitate, frigore, et calore mutata. In atrophia uero erit, id eſt non fruetur nutrimēto pars, non ſolum alteratricis uirtutis imbecillitate, ſed etiam attrahente ui infirma, aut excretrice immoderatius mota. Porro ad immodicū motū excretoria uis excitat̃ (ſicuti prius eſt dictū) quoties retentiua uis uel ex multitudine excrementorum acrimonia ue, uel ex ꝓpria imbecillitate laborat. Hoc enim caſu, neceſſe eſt excernatur cū ſuper uacaneo bonum, veluti in lienterijs et choleris Cū ex imbecillitate expultricis, neceſſe ſit carnem et humidiorem eſſe, et magis excremētoſam. Sed excrementa ipſa plura ꝓueniunt alteratricis imbecillitate. Vbi igit̃ ſimul euenit, ut trahendi quidem uis multū ſuccū attrahat, ſed eū totū alteratrix uis cōficere nō ualeat, atqꝫ idcirco multa excremēta gignantur, expultrix aūt uis id temporis et deterius

Excretoria vis quomō ad immodicū motū excitetur.

[illegible] aphor
180 pintas
[illegible] 12 ʒ.
vers [illegible]
[illegible]

et imbecillius, q̃ prius moueatur: neceſſe eſt ita excrementorum uim in carnibus aceruari. Atq; interim pro excremēti tum ſpecie, tū multitudine, alias aliam fieri carnem. Modo quidem tumidam, modo flatuoſam, qualis hydropum. Quippe etiā hyderos quem anaſarca uocant, ex hoc eſt genere. Verum de talibus ꝓducendū amplius ſermonem non arbitror. Neq; enim oīa in hoc libro recēſere membratim ſymptomata ſtatui, ſed in plurimis ſtudioſos exercitare. Quare mihi ad alterum ſymptomatum genus, ijs qui in lęſa conſiſtūt actione uicinū, cōuerti eſt tempeſtiuum. Ipſum igit̃ genus in multitudine et qualitate excretorum conſiſtit. Incidit aūt aut quod uirtus aliquatenus ſit lęſa, aut quod ex intempeſtiua uexatiōe, aut uicioſo motu excitata, aut propter inſtrumentum aliquod recluſum, ruptum ue, aut eroſum, ſicuti ſanguis ꝓfuſio. Nihil enim deterius ab hac cepiſſe ꝓpterea quod genere ipſo pręter naturam eſſe magna ex parte uidetur. Præter enim eam quæ mulieribus per uterum erumpit, cætere ſanguinis pluſcule uacuatiōes, toto genere præter naturam ſūt. Illę uero ſola multitudine. Ac ruptio quidem inſtrumētorum, uel ob plagas aliquas extrinſecus illatas fit. Scilicet uel calcitrāte pulſante ue aliquo, uel aliter quomodocūq; uulnerato

De ſymptomate in multitudine et qualitate excretoꝝ.

De ſanguinis profuſionibus præter naturam.

Menſes muliebres ſola multitudine pręter naturam eſſe.

uulnerato ualenter hoīe. Accidit aūt et iјs qui magno utuntur ſaltu, et qui ab alto in terram labunť. Et ex clamore acuto, cū utiq; in eo oīa uocis inſtrumenta q̄ maxīe tenduntur. Sane tenſionis ratione rumpūtur, et quæ ex ſaltu ſunt lęſa. Quæ uero ex lapſu ab alto, plagarū generi adnumeranť. Quippe nihil intereſt ex lapidis ne caſu contuſa pars aliqua ſit an quę delabitur pars, uehemēter in ſolū impingat. Atq; hę q̄dem rumpēdi uaſis manifeſtę cauſæ ſūt, nec eſt earū quiſq̄ ignarus. Alię ſūt quæ ex corporis affectibus oriuntur. Cū ſcilicet alicui per nares ſanguis ſpōte ꝓfluit, aut cū aliquis ſanguinem aut uomit, aut extuſſit, aut excreat, aut deorſum deijcit, aut mingit. Atq; hæc quidem toto genere præter naturam ſunt. Mulieribus aūt (ſicut dictū eſt) qui ex utero ſanguis ꝓfluit, toto genere præter naturam non eſt, ſed quātitate dumtaxat. Sane talia oīa tribus ex cauſis incidunt. Aut uirtute ipſa uas ſanguinis recludente. Veluti in ꝓfuſionibus, quibus ſanguis excerniť, Aut ſanguine ipſo eiuſue uaſe aliquo uicioſe affecto. Ac ſanguinem quidem uicioſe affici dico, et cum adeo uicioſi eſt ſucci, ut erodat eam quibus contineť, Et cū ita eſt immodicus, ut intra uas ſuum non contineatur. Quippe id quoq; quod ſanguinis uas rumpat uel recludat, eſt

Sanguinis vicia.

ſatis. Ipſorum uero uaſorum uicium in immodica mollicia, et duritia, et tenuitate conſiſtit. Fiunt aũt hæc nõnullis quidem, etiam in utero ſtatim uicioſe formatis. Mollicies uero non minus et ex immodica ꝓueniat humiditate. Sicut duricies ex ſiccitate. Tenuitas ex atrophijs. Ac quod molle quidem immodice eſt, frangi ob debilitatem magis eſt opportunum. Quod uero admodum durum eſt, eo quod non poteſt amplius extẽdi. Quod tenue eſt amborum eiuſmodi in uenis affectuum occaſione, non ſolum a cauſis iternis facile adrumpendũ eſt, ſed etiam ab externis. Eroduntur aũt non oĩa pari modo. Quod enim durum eſt et craſſum non facile eroſioni patet. Similiter aũt et recludi, ei quod imbecillum et molle et tenue eſt, in promptu eſt. Ei quod firmum craſſum et durum eſt, non promptum. Fit aũt uaſorum recluſio, tum ab alijs quæ ipſorum corpora irritant, tum a multitudine quæ ea recludi urgeat. Interim uero et natura ipſa expellente ea quæ cõtriſtant. Sunt qui ſanguinis diapedeſin, ceu quartum ſupra iam dicta genus nominent. Eſt aũt minime quartum. Sed uel exiguorum ſanguinis uaſorum apertio, uel ſeri non ſanguinis excernendi ſpẽs. Qua maxĩe ratiõe, ex iecinoris renumq; debilitate meijtur, ac ſæpe deorſum deijcit

ſanguinolentum

Vaſorum vicium.

αστόμωσις

Diapedeſis.

ſanguinolentũ ſerum. De ijs aũt paulo poſt dicet̃. Sed ſi prius de ijs quæ uomunt̃ egerimus. Quippe expellũtur hæc quoq; alias ceu immodica, ac uentriculo grauia. Quale alimenti aliquãdo eſt copia. Alias uero ceu infeſtantia mordentiaq; . Veluti cũ uel acidum, uel fumidũ, uel amarũ et acre ex côcoctionis defectu, aſſumptũ nutrimẽtum eſt redditũ. Sane huius generis ſunt, et biliosa, et pituitoſa, et ſeroſa excremẽta, tum quæ in ipſo ſunt genita, tum quæ in eum ex toto corporis habitu confluere ſunt apta. Eſt aũt ſuper hęc et tercium genus cauſarum, quæ uentriculũ ad uomitionem laceſſunt, licet nec degrauẽt nec mordeãt, ſed a natura dumtaxat ſint alienæ. Porro oĩm quæ a natura ſint aliena cois terminus eſt, ſi q̃uis concocta ſint, nutrire tñ non ualent. Hac arbitror ratiõe, non ſolum acida pituita, et ſalſa, ſed etiam dulcis in uentre collecta, non raro eum ad uomitũ ꝓuocat. Sed et ſanguis ipſe qui in uentriculum eſt effuſus, eo pacto ipſum uomere cogit. Iam infra quoq; deijcit aliqñ citius, aliqñ ſerius, præterea plus, uel minus, item raro uel ſępe, uel utile nutrimẽtum, uel corruptũ, uel quod in eũ superne confluit, uel quod in eo eſt genitũ. Verum expulſio quæ cõſuetũ præuenit tempus, uel degrauato uẽtre, ueluti a liberalius aſſumptis, uel demor

De ijs quę vomũtur.

Alienorũ a natura cois terminus.

Expulſionis ante tempus cauſæ.

Multũ tripliciter.

ſo et compũcto, ueluti a mordacibus, uel tanq̃ alienum amoliente, incidit. Non oblitis ſcilicet nobis cum multũ aſſumptum dicimus, triplicem id habere gñationem, uel ꝓpterea q̃ uirtus imbecillior ſit q̃ prius, uel quod ſupra mediocritatem ſit quod aſſumptum eſt, uel utriuſq; occaſione. Extra uero iam dicta celerem efficit deiectionem humidiorũ quoq; ac magis glutinoſorũ ciborũ ſũptio, Vtpote promptius delabentium. Maxĩe ſi qui eos ſumpſerũt, poſtea lente inambulent, ita ut eos quidem cõcutiant, nequaq̃ aũt ante tempus digerant. Accidit namq; tale aliquid in cõcuſſione. Cum enim cõplures inteſtinorum ſint orbes ſpiræ ue, neceſſe profecto eſt in ſingulis eorum a ſuperioribus in inferiora cibos deferri. De cætero uero grauitate quidem deorſum ferri non poſſũt. Sed qui in ſpiris ſunt impacti inteſtinorum ipſorũ opera ꝓtrudunt̃. Ipſis nimirũ repellendi quæ ſe cõtriſtẽt uim inſitam habentibus. Humidi uero et glutinoſi cibi, ſiue grauitate ipſa et corporis cõcuſſione, ſiue inteſtinorum opera ꝓpellant̃, facilius permeant. Ac celeris quidem tranſitus dictę cauſæ ſunt. Serius aũt q̃ ex cõſuetudine excernit imus uenter, uel ꝓpter inteſtinorũ imbecillitatem, uel hebetem eorũ ſenſum, uel ob ciborũ paucitatem qualitatem ue. Quippe quæ

[illegible]

Humida et glutino ſa facilius inteſtina permeare.

Seræ expulſionis cauſæ.

imbecilla ſunt, propellere non ualent. Quæ hebetis ſunt ſenſus, non ſatis quæ cõtriſtant, ſentiunt. At uero expulſio, ſanatio, ijs erat triſtis ſenſus. Iam ipſorum quoq; ciborum, qui iuſto ſunt pauciores, parum habẽt excremẽti. Itaq; nec ſimiliter grauãt. Craſſi uero et acerbi oẽs tardi ſunt tranſitus. Contra ſcilicet q̃ glutinoſi et humidi. Non ſolum autem ꝓpter inteſtinorũ imbecillitatem, ſed etiam muſculorum abdominis, deiectio tardatur. Potiſſimum cũ excrementa duriora euaſerunt. Tum enim non muſculorũ modo qui ſunt in abdomine, ſed etiam qui in thorace habent̃ ualenti actiõe eſt opus. At minor ſit q̃ pro multitudinis cõmeſtorũ ratiõe deiectio, cũ ex ijs in corpus plus eſt digeſtũ. Contra plus q̃ pro ſumptorũ portiõe deijcitur, alias ob digeſtionis defectum, alias cõfluentibus ſupernæ aliquibus in ea quæ circa uentrem ſunt loca. Aſſiduæ aũt excretiões fiunt, uel ꝓpter imbecillitatem, uel demorſum. Atq; imbecillitas quidem inſtrumentorum quę in uentre ſunt, ceu ſæpe iam dictum eſt, ab intemperie ꝓuenit, demorſus aũt ab ijs fit, quæ in ipſis cõtinent̃. Porro quatuor cauſæ generatiõis ſunt, eorum quę ſic mordent, Vel medicamentoſa quæpiã uis, eaq; uel una cũ cibis, uel per ſeipſam aſſũpta, uel etiã ciborũ qualitates. Prętcrea tũ quæ

Ad duriora excrementa excernenda, etiã muſculorũ pectoris operã aliquã requiri.

Minoris deiectiõis cauſæ.

Aſſiduæ deiectiõis cauſæ.

Mordentium cauſæ quatuor.

ex corpore in uentrem mordacia excrementa confluunt, tum quæ in ipſo, id genus gignuntur. Veluti in dyſenterijs, quæ ex ulceribus quæ cacoethe uocãt, cientur. Quinta cauſa. Licet aũt addas et quintam eiuſmodi ſymptomatum cauſam, corporũ nimiũ ſenſum. Siue is a natura contigit, ſiue ab exulceratione. Diuerſus aſſiduæ excretionis modus eſt, ab oĩbus iam dictis genere cauſæ euarians, qui ex relaxãdis muſculis ijs, qui fini inteſtinorum ſuper iacent, cõtingit. Quippe inuoluntaria in ijs eſt excretio. Proptereaq; tum intempeſtiua, tum inordinata, tum aſſidua. Verum de deiectionibus ſunto hæc ſatis. De halituoſis flatibus. De halituoſis ſpiritibus quos etiam flatus uocant, deinceps dicendum. Eſt aũt et horum generatio in ipſis quę in uentre ſunt locis. Succis quibuſdam pituitoſis, uel cibis inibi a deficiẽte calore, in halitum ſolutis. Quippe ſincera frigiditas prorſus halitũ non facit. Quod ſcilicet ea oĩno nec attenuat, nec cõficit, nec alimentũ diſſoluit. Fortis aũt calor cũ longo interuallo, nutrimentũ ſuperet, amplius q̃ pro halitu generando, id attenuat. Niſi tñ flatuoſum ſit natura. Tum aũt gignitur q̃dem ſpiritus quiſpiam turbidum, ac (ut ſic dicam) nebuloſum, cæterum exiguum et breuis temporis. Ita ut uno uel altero ructu uacuetur. At calor qui in cibos agit quidem, cæterum diminute, is eos quodammodo diſſoluit, non tñ prorſus conficit. Atq; hinc oritur flatuoſus ſpũs. Vnoq; uerbo tanq̄ extrinſecus, tum frigidiſſimi ſtatus ſunt ſereni, ſolẽtq; maxime flante borea fieri, tum calidiſſimi qui æſtatis tempore incidũt, ambientem aera purum reddũt, qui uero inter hos ſunt, nebulam gignunt: itidem in aĩalibus, neq; ĩ caloris ſumma imbecillitate, nec cum idem nimium eſt uehemẽs, ſed in ijs qui inter hos ſunt ſtatibus, flatuoſum excrementũ gignitur. Atq; id cũ per os excernitur, ructũ creat. Cum per ſedem, ſonorum ſilentem ue flatum. Cum uero neutra parte emittitur, ſymptoma creat, quod inflatio uocatur. Ventre ſcilicet impotente ad excrementoſum nebuloſumq; excernẽdum ſpiritum. Iam inteſtinorum alias aliæ partes, ubi talis ſpũs in ijs conſtitit, ac mouet̃, multiformes edunt ſonitus. Quoꝝ non oẽs noĩa ſunt ſortiti. Cæterum prudenti uiro quale quantumq; excremẽtum ſit, ac quo maxime loco uoluatur, indicare poſſunt. Quippe ſi eiuſmodi ſpiritus acutum et tenue ſonet: per uacuũ et prorſus anguſtum inteſtinum defertur. Eſtq; tum purior, tum magis aereus. Flatuoſior aũt redditus, ſimiliter quidem ſonum edit exiguum cũ ĩ tenuibus inteſtinis uoluitur. Cæterum nec prorſus acutum,

Flatuoſi ſpiritus cauſa.

Flatuoſi ſpũs variȩ differẽtiæ.

nec tenuem. Atq; eiuſmodi ſoni oẽs in ijs quę circa ieiunum ſunt locis maxie cõſiſtũt. In quantum aũt hinc ad alia tenuia inteſtina deſcendũt, in tantum minus ſunt ſonori. Alij uero bombos imitantur, his qui ex latiſſimis tibijs edũtur ſimiles. Quo genere utũtur qui Tymbauli uocãtur, Hæ namq; materiei ex qua fiunt culpa, pure ſonare nequeũt. Propter aũt ſpũs uiæ latitudinem, grauiter ſonãt. Tales aũt oẽs in craſſis fiunt inteſtinis, cũ excremẽtorum ſunt uacua. Quod ſi humor quiſpiam in his cõtinetur, accedit hinc quoq; bombo forma quædam, uocãtq; oẽs eiuſmodi ſonum uel potius murmur græce borborygmon, qui humidũ excrementum excernendũ denunciat. Quippe ſpẽs ip̃a ſoni, hæc ambo præſignat. Vtiq; quod ab natura fit mota, expulſionem nuncians. Quod aũt cũ eiuſmodi murmure ſiue borborygmo, etiã humidam. Eorũ pręterea flatuũ qui extra ferũtur ſonitus, alius quidem borborygmo cuipiam ſimilis eſt, expulſioẽm iam futuram indicans, alius purus atq; (ut ſic dicã) ſonorus et aereus, qui uel uacuũ eſſe inteſtinũ docet, uel etiam prædurum quippiam ſuperius alicubi habere excremẽtum. Iam alius quidam horũ eſt medius, uelutiq; bomboſus, ex medio quodã prędictorũ affectu ꝓueniens. Tenuis aũt ſonitus qui

Borborygmos.

græcis ueluti ſtryſmos ſiue trymos dicitur, ex inſtrumētorū anguſtia, ſimul et flatuoſo ſpiritu, cum exiguo humore efficitur. Quoniam aūt et de ijs (ut ad rem ꝓpoſitam) ſatis eſt dictū, ad ea quæ ſuperne in uentrem cōfluunt redeamus. Quippe dictū eſt, hæc quoqꝫ tum humiditatis deiectionum, tum multitudinis eſſe cauſas. Defertur igit̃ ſuperne in uētrem ſæpenumero excrementū, naturæ expellētis robore. Aliqñ uero ꝓpter imbecillitatem nec qđ utile eſt portare ualentis. Ac excernitur quidem quod ſuperuacuum eſt, tum in criſibus, tum uero ſanitatis nōnunq̃ tempore, ueluti mulieribus omni menſe. Tales uero etiam ſanguineas dyſēterias. Hippocrates in ijs accidere dixit, quibus artuū aliquis eſſet pręciſus. Nos aūt uidimus, nō in ijs modo, ſed etiā alijs quibuſdam certo circuitu repetentes. Oēs aūt quos ita uacuatos uidi, ab exercitata prius uita, ad oīno deſidioſam ſe tranſtulerāt. Atqꝫ hoc quidem excremētum, quātitate ſola eſt alienū. Alterum uero qualitate, in acutis morbis decretorie plerumqꝫ excretum. Aliquādo uero tabeſcentię ſiue liquationis more. Inter hoc autē oīno inutile malumqꝫ excremētum, et illud iam dictum bonū, aliud terciū excrementi genus eſt, quale eſt in uentre cibus ſemicoctus. Excernitur id maxīe in hepa-

Stryſmos.

De ijsquę a ſuperioribus in ventrem cōfluunt.

Hippocra.

Hepatici affectus qui.

ticis affectibus. Voco ita in quibus morbus ipſe iecoris eſt imbecillitas, licet nulla ſit phlegmone adiuncta. Hoc enim caſu, ſimilis paſſio uiſceri incidit, ijs quę imbecillo uentri accidũt. Quãdo is quidem appetit, ſed cibos quos ſibi admouet cũ non concoquat, iiſdem grauatur et ſemicoctos ad inteſtina demittit. Atq; is quidem ad uomitum quoq; cõcitatur. Iecur aũt cum uomitionis aliquid ad portionem facit, quod nutrimẽtũ per uaſa quæ in meſenterio ſunt, ueluti per ora quædam attraxit, rurſus per eadem ablegat. Eſt aũt eiuſmodi excretiõis ſpecies (ueluti etiam eam aſſimilarũt qui ante nos fuere) maxie ſimilis carniũ loturæ. Præſtiterit autem fortaſſe non ita ſolum dixiſſe, ſed quo exactius ſit exemplar, cruentarũ atq; recẽter enectarũ, ſermoni addidiſſe. Quinetiam ſi quis quod ita excretum eſt aquoſum ſanguinem nominet, ſic quoq; mihi illud clare interpretari uidetur. Atq; hoc quidem ſymptoma ſemicoctorũ ciborũ uomitioni ad portionem ſe habet. Alterum quod dicturus ſum, humidæ deiectioni uentris eſt ad ſimile. Quę ad exactam quidem perducta eſt concoctionem, non tñ digeſtionem eſt cõſequuta. Nam ſicuti hãc quoq; uenter oino ab ipſa grauatus, excernere cupit, ſic iecur ubi affatim digeſti in ipſum nutrimenti fructũ cæpit,

Iecinoris opus vomitioni ad portiõem reſpondentibus.

Aliud hepatis ſymptoma.

cæpit, non patitur id amplius apud ſe morari. Cũ ergo id recta ꝓgredi quauis ex cauſa nequeat, neceſſe eſt retro ad uẽtrem recurrat. Apparetq; is qui tum excernitur ſanguis, et nigrior q̃ pro natura, et ſplendẽs: Vt pote ex ſanguie et nigra bili cõmixtus. Quippe ſanguis ipſe per ſe, cũ ex frigore ſit niger, adeo nullum ſplendorem acquirit, ut etiam quem ab initio habuit, amittat. Nigra uero bilis, etiam ſanguine ipſo ſplendidior eſt, Sicuti etiam bitumen, quod ex mari mortuo affertur. Iudaicũ id appellant. Non enim cũ perfrigerat̃ ſanguis, nigram bilem creat. Sed cum ſupra modum eſt coctus. Ideoq; etiam ſplendorem ſuum tuetur. Non enim ſicuti concretus ſanguis, qui gręce thrombos dicit̃, ſanguie ſit perfrigerato, ſic etiam nigra bilis generatur. Imo cõtra oino ex immodice cocto et feruente, ueluti cinis quidam nigra bilis efficitur. Frigida quidem, eo quod terrea. Caloris aũt particeps ſicuti cinis et acetũ. Deuenit aũt ad dictũ ſtatum qui ex uentre in iecur digeſtus eſt ſuccus, cũ is ꝓpterea quod ulterius ĩ corpus non digeritur, inibi diutius morat̃. Noĩatur aũt talis excretionis ſpecies, a nõnullis dyſenteria. Quippe et mordentur non raro, perinde ac dyſenterici, ceu flaua bili ĩ percoquendo ſanguine, acri illis reddita. Ac uocet quidem quiſq;

Nigra bilis cur ſplendeat.

Nigra bilis cur frigida cum aliquo calore.

Dyſenteria.

prout

proutuolet. Cæterum differentiæ ſanguinolentæ excretionis, quatuor in uniuerſum ſũt, quatuor ſuccedentes affectibus. Vna quidem ipſius ſanguinis in ijs quibus artuum aliquis eſt abſciſſus, uel qui exercitationem dimiſerũt, per circuitum repetens. Altera cũ ex imbecillitate iecinoris aquoſus ſãguis deijcitur. Quem utiqꝫ loturæ carnis aſſimilãt. Tercia quæ mox eſt dicta, melancholici ſplendentisqꝫ ſanguinis. At hę quidem tris ut multum ſimul excernatur efficiunt, In quarta et minutim et exiguo tempore expulſio facta uiſitur. Alias quidem ueri ſanguinis, alias cõcreti. In hac et puris nõ raro exiguum aliquid excernitur. Etiam ulcerum cruſtula quæ græce ephelcydes dicũtur: pręterea membranoſa quædam corpora, quæ inteſtinorũ ipſorũ ſũt particulæ. Sed et ſtercus ſuper his collectũ ſæpenumero excernitur, ſanguis in ſe guttas habens. Affectus uero quibus tres primæ ſuperueniunt, paulo ante ſunt dicti. Quartæ aũt de qua modo egimus, inteſtinorũ exulceratio eſt affectus. Quam etiam ſolam nõnulli dyſenteriam nominandam cenſent. Sed (quod ſæpe dixi) quo nulla res omittatur, magna ſollicitudo eſt habẽda. De noibus minime curandum. Eſt aũt ex eodem quo iam dicta dyſenteria genere, et qui teneſmos dicĩt, cum ulcus in recto

Sanguinolẽtę excretiõis differẽtiæ quatuor.

Ephelcydes.

Dyſenteria.

Teneſmos

inteſtino

De vrinæ vacuatiõe & ſupreſſione.

Iſchuria.

Quę collũ veſicæ claudant.

inteſtino eſt factum. Is cętera quidem ſymptomata infert dyſenterię ſimilia. Nixus tñ multo uehementiores. Vrinarum aũt, tum ſuppreſſio, tum mala uacuatio, uentris excrementorum retentioni et alienæ a natura expulſioni, ad portionem ſe habẽt. Retinentur enim, ueſica uel excernere non ualente, uel eius collo occluſo. Atq; hi quidem duo ueſicæ morbi, unum commune ſymptoma iſchurian habent. Detinent̃ enim in ea urinę. Vocat aũt uulgus medicorũ non ſecus iſchurian q̃q̃ iſchuria non ſit, illud quoq; ſymptoma, cum urina in ueſicam oĩno non uenit, perdita ſcilicet renum actiõe. Et permittendi ꝓfecto ſunt ita noĩare, cũ ꝓpriam appellationem non habeant. Non tñ latere debebit, amborũ affectuum differentia. Siqͥdem alter eorũ eſt cum ueſica quidem eſt plena, ſed nihil excernitur. Alter, cum uacua eſt, nihil oĩno in ſe continens. Sub tali enim affectu in quo plena eſt ueſica, uel occluſum eſt eius os, uel ſi hoc ſe pro lege naturæ habet, ipſa ad ſeſe cõſtringendam, ac lotiũ foras extrudẽdum, eſt imbecilla. Et collum quidem eius clauditur, uel propter obſtructionem, uel conniuentiam. Fit aũt obſtructio, tum ex cõcreto ſanguĩe, tum craſſo pure, tum calculo, tum tofo: præterea cũ in eius meatu ueluti germen aliquod eſt enatum. Qualia in reliquis oibus quę extrinſecus ſunt, aure, naribus, pudendo, ſede, fieri uidentur. Conuiuentia uero, aut ꝓpter collectionem aliquam, quę præter naturam ſit, aut ꝓpter nimiam ſiccitatem accidit. Ac collectio quidem ex phlegmõe, ſcirro, atqꝫ alijs tumoribus fit: praeterea quæcũqꝫ ueſicæ collum attollentia, in internum meatũ urinam refundũt. Siccitas aũt in ardentiſſimis ac ſicciſſimis febribus: In quibus laborantem ſępenumero nec loqui poſſe videmus, niſi os medefecerit. Imbecillitatis ueſicæ cauſas, nihil opus eſt recenſeam, ut quæ expoſitæ iam mihi i multis particulis ſint, ſiue ijs ut ſimilaribus, ſiue ut inſtrumentalibus incidunt. Magis autem quiddam accidere in ueſica uidet̃, cũ immodice eſt repleta. Quod fieri non nos modo uidimus, ſed etiã ab alijs audiuimus. Quppe ubi impleta fuit cũ ſcilicet ſurgere e conuiuio ac meire quoſdam puderet, actionem eius deſtrui cõtigit. Nec urinam qui ita ſunt affecti, q̄uis mognopere connixi, excernere præterea potuerunt. Sane uidetur et in uentre tale aliquid accidere, ſed uulgus latere. His qui in uentriculo id patiũtur celeriter ſuffocatis. Qui uero excrementũ in omnibus inteſtinis collegerunt, propter ſequentia ſymptomata, ad alia conuerſis. Quippe in ſolis purgationibus, quæ in uentrem

Maius quoddam veſicæ ſymptoma

Simile qd in ventre.

ſunt dimiſſæ, atq; inibi manent, tale quid incidere ſolet. Atq; hi quidem affectus, ueluti priuationem inferũt excernendæ urinæ. Qui uero eiuſdem ſunt cum illis generis, magnitudine tñ deficiunt, ueluti obleſas torpenteſq; actiones edunt. Alijs aũt affectibus, terciũ ſymptomatum genus, quod in prauis uacuationibus cõſiſtit, ſuperuenire ſolet. Sunt aũt multæ eius ſpẽs. Prima quidem quæ ſtranguria dicit̃, quæ ex imbecillitate ueſicæ uel urinæ acrimonia incidit. Secunda fluxionibus ijs, quę uentriculo accidunt, eſt ſimilis. De qua melius eſt ſemel hoc loco dicamus. Fit igit̃ quędam ueluti colliquatio, ſiue reſolutio, ſiue quomodocũq; aliter noĩare libet, aliquando totius corporis, aliqñ ſuccorũ qui in uenis ſũt dũtaxat. Quod aũt ex ea colliquatione ꝓuenit, alias ad uentrem confluit, alias ad urinas, alias ad ſudores pellitur. Ac ſuccis quidem qui in uenis habẽtur, in ſeroſam ſaniem ſolutis, renes qui ad excrementũ id trahẽdum ſunt nati, potiſſimum cũ ſani ſunt, ſerum quidem a uenis expurgant, fluxionem aũt ad ueſicam aſſidue mittũt. Vbi aũt renes trahere non valẽt: aut uenæ eiuſmodi ſerum in uentrem mittũt, aut toti id corpori parcientes, ſubitaneos hydropum ſtatus inducũt. Si aũt quod liquatum eſt, craſſius ſit, qualeq; renes trahere non

Prauæ vacuationis vrinæ ſpecies.

Prima ſtrãguria.

Secunde variæ ſpecies.

Reliqua vrinę ſymptomata quid indicent.

De ſudoribus.

Syncopę.

poſſunt, totum in uentrem neceſſario cõfluit. Carnoſo uero genere ita colliquato, tum uenter fluxionem eius recipit, ubi ſcilicet ea eſt craſſior, tum ſudores multi ſuperueniũt, vbi in halitus eſt reſoluta. Atq; hæc quidem, tũ de carnis colliquatione, tum ſanguinis, ad præſens ſatis. Reliquorũ urinæ ſymptomatũ quædam uel ueſicæ uel renum, affectum quendam indicant. De quibus Hippocra. in aphoriſmis ꝓdidit. Quædam quouſq; cõcoctionis cruditatis ue ſanguis peruenerit, docẽt. Scriptum aũt de ijs eſt in præſagijs. Quare nũc ad ſudores tranſeundi eſt tempus, de quibus hactenus ſaltem dictũ eſt, quod interim reſoluto corporꝫ habitu proueniunt, vocaturq; ea paſſio ſyncopę. Cui contrarius ſtatus eſt, qui in decretorijs incidit ſudoribus, qui utiq; robuſtam naturã indicãt, non aũt reſolutam. Atq; eiuſmodi quidem ſudores, corpus expurgant. Similes ijs ſunt quos mediocres exercitationes et balineæ et calor æſtiuus excitant. In immodicis uero excercitijs, etiam boni aliquid effluit. Porro odorem coloremq; excremẽto quod uacuat᷑ ſimilem habent. Copia uero eorum uel ꝓpter corporis raritatem, uel ꝓpter excremẽti abundãtiam, uel propter eius quod uacuatur tenuitatem prouenit. Sicut propter horum cõtraria, morari quoq; ſolent.

lent. Cum ſcilicet uel quod ſuperfluit, exiguum eſt, uel glutinoſum, uel craſſum, uel meatus ſunt anguſti. Accidit aũt id, uel obſtructionis occaſione, uel cõniuentiæ, Ac obſtruuntur quidem craſſis et glutinoſis ſuccis. Cõuenient ſiue cõtrahũt ora ꝓpter atrophian, uel perfrigerationem, uel molliciem. Incidit aũt et ex imbecillitate virtutis in carne, ſudoris tum retentio, tum expulſio, veluti etiã reliquorꝫ excremẽtorum. Quippe tam ueſica q̃ ventriculus cõtenta in ſe ſuperflua aliqñ magis tolerãt, eaqꝫ expellere cuntantur. Sæpe cõtra, ne uel minimũ ſuſtinent, ſed grauantur, ſtatimqꝫ abijciũt. Sane ſermonem hũc oim particularꝫ cõmunem vltimo loco ſimul tractandũ reſeruaui. Quippe parũ rationabile uidet̃ eſſe, ut corpore aliquo lęſo, non etiam ex ęquo oẽs eius uirtutes ſimul lędantur, ſed aliæ magis, aliæ minus, aliæ illeſę in totum ſint. Atqꝫ illud quidem neminem latet, nõ poſſe niſi lęſa in aliquo cuiuſqꝫ ſubſtantia, actionem eius impediri. Sæpenumero uero quacũqꝫ particula operãte, alias alia eius lęditur actio. Non enim ſimilem ſtatũ requirit ad alterãdi actionem, atqꝫ ad negotiorum functionem. Siqdem fit oim quæ ſibi appropinquant alteratio, corporibus ipſis minime deſyderãtibus, aut locum ex loco mutare, aut aliquid apprehẽde-

De excremẽtorũ ex imbecillitate expulſione retẽtiõe in uniuerſum.

Αλλοιωσις

re, aut tenere, aut alicui inniti. At quę uel tractura quid ſit, uel tentura, uel repulſura, corū actionem cū loci mutatiōe neceſſe eſt fieri. Qua ratiōe quod ita eſt molle, ut tum humidū ſit, tum fluxile, tum nulli innitens: id nec trahēdi ſimiliter, nec tenēdi, nec repellendi uim habet. In omni namq; eiuſmodi opere, innixū tenſionemq; eſſe in operante oportet. At uero alterare ꝓpinquantia poteſt, uel quod humidiſſimū eſt. Maxīe, ſi etiam calidum eſt. Nulla enī actiuarū qualitatum adeo breui quod appropinquat alterare uidetur ac calor. Vnde palam eſt, corpus quod humidiſſimum calidiſſimumq; ſit, celerrime alteraturum, id eſt, tum concocturum proprium nutrimentū, tum ſibi ipſi aſſimilaturū eſſe. Quod uero durum hactenus eſt, ut nec difficile ad flectendum ſit, et firmiter innitatur, id et trahere ualenter quicquid uoluerit poteſt, et uiolenter trudere et fortiter tenere. Neq; enim, ſicuti quæ ualde ſunt mollia, remittitur cū id tendis, nec ſi uehementer tenditur frangi periclitat̃. Et quæ ſemel apprehēderit, ea cōplectens tenet. Nullo nec quod propter duriciem difficulter flectitur, nec quod ꝓpter humorem eſt molle, ſic agere ualente. Illa enim firmiter complectūtur, hæc imbecillo complexu uſa, quæ apprehenderūt facile elabi ſinunt. Atq; optime quidem nutriuntur calida humidaqꝫ corpora. Quippe quæ nutrimētum non ſolum alterant celerrime, ſed etiam in ſe recipiunt, et agglutinant, et aſſimilant, peſſime uero frigida et ſicca. Vt quæ neqꝫ alterare, neqꝫ in ſeipſa recipere, neqꝫ agglutinare, neqꝫ aſſimilare queant. Ac quod celerrime alteret quod calidiſſimum eſt, prius eſt dictū, hoc uero erat cōcoctio. Quod uero id quod humidiſſimū molliſſimumqꝫ eſt, prompte quod alteratū eſt in ſe recipiat, admonendum potius eſt q̄ ꝓbandū. Sicuti cōtra quod ſicccum durūqꝫ eſt, nihil in ſe ingredi ſinit, priuſq̄ ipſum ex aliqua parte diuiſum ſit ac uelut exulceratum. Siquidem et quod facilius ac celerius tum agglutinātur, tum coaleſcūt quæ humidiora ſunt, quę uero duriora, partim nunq̄, partim uix, nemo eſt qui ignorat. Vt enim æs, ferrum, aurum et lapidem omittamus, atqꝫ de plumbo agamus, experimur id cū altero plumbo oino non coaleſcere, niſi prius excalfiat ac liquetur. Et puſionibus ꝗdem et alijs quibus calidior et humidior eſt corporis temperies, optima tum cōcoctio eſt, tum appoſitio, tum agglutinatio, tum nutritio. Quippe cōcoctio et nutritio alterati ões ſūt. Appoſitio uero fit, cū id quod nutritur nutrimētum halitus ſpēm in ſe recipit. Affixio uero alimenti, agglutinatio

Pueros et qui calidi et humidi ſunt, optime concoquere apperiere et agglutinare.

Appoſitio q̃n fiat.

Adfixio alimēti quę

tinatio quędam eius vnitioq; eſt. Poſt quę oia, non leue cōmodum ad aſſimilationem eſt, nutriti corporis humiditas. Cū ei quod nutrit, in cōſiſtentia eſt ſimilis.

Digeſtio in pueris.

Digeſtionis uero inſtrumēta in pueris et ſi admodum ualida ad agēdum non ſūt, tamen operi ſuo ſufficiunt, nec ei in ullo ſunt imparia. Quippe mediocrem iam duriciam ac robur uenæ eorum habēt.

Retentrix vis in pueris.

Retentrix aūt uis, imbecillior ijs eſt. Atq; iccirco ſiue ab aliquo pondere pręmatur, ſiue alias infeſtetur, celerius ab opere deſiſtit.

Expultrix in pueris.

Similiter his uirtutibus etiā excretricem mediocrem ī imbecillitate habēt. Quanq̄ uidetur ſaltem retētiua uis non ſolum pueris, ſed etiam cęteris oibus expultrice eſſe imbecillior. Etiam ſi ſimiliter ſe habēt, ꝓpter ſcilicet diuturnitatem actiōis. Maxię enim diuturna eſt retētiuę uirtutis actio. Vt quæ illud ꝓ opere ſuo habeat, ut teneat.

Expultricis breuē eſſe actionem.

Expultrix uero uis, breuem habet actionem. Vt pote quę una impreſſiōe quod cōtriſtat retrudere abijcereq; poteſt. Tanq̄ igit̄ in ijs quæ extrinſecus ſūt, idem homo qui ad deijciendum onus maxię ſufficit, portare id tota dię nō ualet, ſic etiam internis inſtrumentis retrudere quod cōtriſtat, q̄diu retinere eſt promptius. Pueri nāq; (de qbus ſermo eſt) alteratricem qdem facultatem ualentiorem habent, ijs qui in ætatis ſunt uigore.

Trahendi uero uim iiſdem imbecilliorem. Non tñ non ad ſuũ uſum ſufficiẽtem. Reliquas uero duas facultates imbecilliores poſſidẽt, q̃ ętate florentes. Cæterum non perinde patet expultricis imbecillitas, ꝓpter actiõis ſuę breuitatem. Quippe tum uomunt, tum deijciũt ſæpius q̃ ætate florentes. Non utiq; ob expultricis robur, ſed retentricis debilitatem. At in uẽtris cõcoctiõe, quæ humida et mollia ſunt, ſimiliter ac ætate florentes cõcoquunt, Quæ uero dura, deterius. Pueris enim halituoſior eſt calor, Florẽtibus ætate ſiccior. Iam uero quibus humidius eſt corpus, ea quæ nutritura id ſunt, humidiora poſtulãt. Quibus ſiccius, ſicciora. Ergo ſi cõcoctio alteratio eſt in ꝓpriã nutritorũ qualitatem, pueris quidem quæ molliora humidioraq; edulia ſunt, magis cõgruũt, florentibus ætate, quę duriora ſũt. Sane ſenum corpus ad oẽm ferme actionem male cõparatũ eſt. Quippe multo tum ſiccius, tum frigidius eſt, q̃ eorũ qui ætate florent. Neq; igitur cõmode cõcoquũt, caloris defectu. Neq; nutriunt̃, ꝓpter tum ſiccitatem, tum alteratricis facultatꝫ imbecillitatem. Digeſtio illis inſuper ueluti a iam torpentibus prę frigore inſtrumẽtis, et breuis et imbecilla fit. Expulſiones præterea quæ quidem breuis temporis ſunt, facultatis eorũ imbecillitatem non detegunt

Tractrix in pueris vis.

Quęri cur vomãt et deijciant ſæpius q̃ ætate florentes.

Molliora et humidiora pueris cõparuere

Forẽtibus ætate duriora.

Senũ corpus ad omnem naturalẽ actionem minus eſſe aptum.

Inſtrumẽta ad negotiorũ functiões quæ magiſ apta

Frigidũ et humidum corpus in prouecta ætate non inueniri.

Retentiuã naturalem in calido et ſicco inſtrumẽto plus valere.

detegũt. Quæ diuturniores ſũt, male obeunt̃. Porro ad agibiliũ molitiões durius calidiuſq; iſtrumẽtũ magiſ eſt idoneũ. Humidũ et frigidũ magis imbecillũ. Horũ in medio duę reliquę cõiugatiões ſũt. Atq; i ꝓuecta ꝗdem ętate huidũ et frigidũ corpus non inuenias. Senum enim corpus frigidum eſſe et ſiccum eſt mõſtratum. In malis aũt temperamentis, quęq; ex natura propria cuiuſq; ſunt, quęq; in acquiſitis affectibus fiũt, inuenias. Sicut uerbi gr̃a phrenitis ꝗdem calidus et ſiccus eſt morbꝰ. Ideoq; in actionibus uoluntatijs maximum habet robur. Lethargus aũt imbecillus, ut qui particulas humiditate copioſa frigidaq; imbuat. Tale quippiã eſt et hydropum genus, maxieq; ex ijs leucophegmatiæ et anaſarca. Vbiq; aũt frigidum ſiue cũ ſiccitate cõiunctũ ſit, ſiue cũ humiditate, tum imbecillius eſt, tum torporiferum. Ad eundem modum retentiuæ uirtutesque naturales ſũt, in ſiccioribus et calidioribus inſtrumẽtis ualidiores ſunt. In humidioribus et frigidioribus, ſiue a primo natali alicui ſiue alias cõtigerint, imbecilliores. Attẽdenda tñ eſt in quaq; particula magnitudo exceſſus. Sicut uerbi gr̃a, nerui et tendones et muſculi et ligamẽta quanto ſũt ſicciora, tanto ſint ualẽtiora eſt neceſſe. Si tñ intra illum exceſſum, ſub quo et difficile flexibilia fiant, propter duriciem, et ueluti friabilia propter ſiccitatem. Quippe ita conuulſionibus tentantur. Rurſus naturalia inſtrumenta, quanto ſunt humidiora, tanto ſunt ad nutriendum magis idonea, etiam ſi ſub humida in ultimo temperie ſint. Ad concoctiones uero, nec ſeipſis meliora, nec ijs quæ ſicciora ſunt. Modo ſimiliter ſint calida. Niſi ſcilicet ſicco et ſqualenti inſtrumento, ſiccũ nutrimentum humore largo non admixto dederis. Ad digeſtiones uero et expulſiões, dura corpor~~um~~a ſunt inepta. Quippe cum difficilius, tum aperiantur, tum contrahantur, quorum altero tractus ſit, altero expulſio. Quo uero ad paucos dirigatur quis ſcopos, in ſummis rem totam diſtinguam. Calor adauctus ualentius alterat, Modo tamen non eo incrementi perueniat, ut iam colliquet. Tum namq; ad omnia eſt inutilis. Frigus uero nulli functioni eſt ex uſu. Siccitas ad robur et nixum conducit. Si tamen nec difficile mobilia nec frangibilia facit. Humiditas ad nutritionem maxime eſt accommoda. Ad alias autem functiones maxime cõtraria, auctione tamen excepta. Ad quam magis utiq; q̃ ad nutritionem eſt idonea. Debentibus nimirum quæ probe ſunt augenda, tum tendi, tum perflari undiq;. Ac licebat hoc loci iam opus finire, cum ſicut

Humidius inſtrumentum ad nutriendum magis aptum.

Dura corpora ad digeſtiones et expulſiones inepta.

antea diximus, non quo omnia particulatim perſequerer, in multis exemplis multas ſymptomatum ſpecies et genera examinarim, ſed quo ſtudioſos exercitatos redderem. Cæterum permittente id libri ad huc magnitudine, dicemus aliquid et de ijs quæ prætermiſimus. Siue namq; ex naribus, ſiue auribus, ſiue palato, ſiue faucibus, ſiue utero, ſiue ex reliquorum quouis excernatur quid, tum quantitas eius attendenda eſt, tum qualitas. Itemq; excernendi eius modus. Atq; id ad iam dictas cauſas reducendum. Quippe omnia ſymptomata ex intemperie ſimilarium et inſtrumentorum morbis præterea materiæ ipſius tum qualitate, tum quantitate, prouenire deprehendes. Verbi gratia. Catarrhi et corryzæ cauſa eſt cerebrum. Cum perfrigeratum quidem eſt, ceu ſimilaris pars, in intemperiem uerſum. Cum æſtuat, ceu inſtrumentalis, impletum. Ergo qualis in uentre paſſio ex mala concoctione fit, tale eſt in cerebro prædictorũ utrumq;. Catarrhum ſcilicet nominātibus nobis, cum quod ſuperuacaneum eſt in os defluit. Corryzam, cum in nares. Brāchos autem ſiue raucitas, catarrhis ſuperuenit. Faucibus ſcilicet humore imbutis. Quod ſi in gargarionem fluxio procumbit, aut quam ex ſimilitudine Græci ſtaphylen, id eſt acinum uocāt,

Catartus.

Corryza.

Brāchos.

Acini ſiue vuæ generatio.

in ea gignit, aut alias eam in tumorem attollit. At ſi in glandulas quæ ſibi ex aduerſo in oris termino utrimqꝫ iacent, Antiadas. Si autem in ea quæ ijs proxima ſunt, pariſthmia. Defertur capitis fluxio et in uentriculum, et in aſperam arteriam, utrumqꝫ magnopere lædens. Cæterũ eiuſmodi fluxionum incommoda, tum alij ante nos diligentius expoſuerunt, tum nos prolixius in medendi libris de ijſdem ſcripſimus. De ijs uero quæ ex pulmone et pectore reijciuntur, in libris de criſibus iam egimus. Sed nec eorum quæ ad menſium retẽtionem, aut indebitam omnium quæ ab utero manant expulſionem pertinent, etiam difficile eſt cauſas inuenire, ſi quis ad ſimiles dirigat ſcopos. Nam aut uteri corpus cum denſum durumqꝫ eſt, retentionis cauſa erit, tale ſcilicet a natura conditum, ut omnino nunq̃ purgetur, niſi quis ipſum medicamentis longoqꝫ tempore ad meliorem habitum trãſſerat, Aut certo tempore ſub illo affectu quicumqꝫ ſemper uteros occupauerit. Etiam uenarum anguſtia ſtatim a principio congignitur, ubi ſcilicet hac parte fœmina male eſt formata. Ad huius affectus portionem et, [illegible] compreſſio ſe habet quæ ex ijs quæ circumiacent uaſis fit, Cum uidelicet corpus immodice gliſcit. Vteri uero intemperies tum natura, tũ

Antiadum generatio.

Pariſthmia.

De expulſione et retẽtiõe eoꝝ quæ ab vtero manãt.

ſuppreſſio [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ſub affectibus quibuſdam oritur. Atq; ut denſitas. Incidet ſane aliquando et ipſius materiæ occaſione, menſtruę cõſuetudinis retentio. Quoties quod uacuatur, uel craſſum eſt, uel glutinoſum. Quinetiam ſi ipſe menſtruus ſanguis ſine uicio eſt cæterum obſtructio quæpiam in uaſis quæ ad uterum pertinẽt prius eſt facta, ſic quoq; retinebitur menſtruum. Sed et totius corporis culpa, aliquando prorſus non purgabitur fœmina, Aliquando partius, aut liberalius, Aliquãdo malum uacuabit. Et prorſus quidem non purgabitur, tum propter plura exercitia, tum propter tenuem uictus rationem, tum propter ſuccorum ad alias particulas inclinationem. Iam propter hæc ipſa, cum mediocria ſũt, minus q̃ pro naturæ debito purgabitur. Sicut propter lõgam deſidiam, et uictum liberaliorem, plus iuſto uacuabitur. Sed et mala expurgabũtur, propter uteri reumata, Vocatur autem id ſymptoma; fluxio muliebris. Expurgato ſcilicet per eam particulam toto corpore. Eſt autem perpetuo quod euacuatur, tale ſpecie, quale eſt quod in animali redũdat, Aliud rubra ſanguinis ſanies, aliud album a pituita, aliud pallidum, aliud bilioſum. Eſt aũt et præter hæc eorum quæ ab utero fluunt uacuatio mala, propter affectum aliquem, qui in ipſo ſit exortus.

Fluxio muliebris.

Varietas eius quod purgatur.

exortus. Eſt præter eas quæ prædictæ ſunt, et talis menſium moratio, in qua nec ex ſanguinis defectu, ueluti poſt plurimas exercitationes et tenuem uictum accidere eſt dictum, nec propter affectum qui in ipſo ortus ſit utero, purgatiões uteri ſiſtuntur: Sed aliquando etiam ſanguine propter robur in alias particulas delato. Verum (ut mox dixi) nihil arbitror difficile quiſquis hos commentarios perlegit, cum iam in multis ſit exercitatus, ipſum quoq; talia inuenire. Quippe quod et propter uteri proprios morbos, tum qui in proceſſibus eius ſupernis et lateralibus cõſiſtunt (ceræas Græci uocant) tum qui in collo, tum etiam qui in toto eius tergore, aliquando quidem uel plura q̃ prius, uel pauciora ueniant menſtrua, Aliquando autem uel prorſus non ueniant, uel mala ueniant, neminem arbitror latet. Etiã Atretis fœminarum ideſt quarum natura qualibet ex cauſa peruia non eſt, in ſermonis noſtri diuiſione ſub hoc alicubi genere inuentis. Similiter aũt et qui priapiſmus uocatur, tumor et inflatio inuoluntaria eſt marium pudendi. Symptoma ſcilicet a flatuoſo ſpiritu natum. Quinetiã Gonorrhoeę quę abſq; tenſione pudendi ſunt, ex imbecillitate retentricis ſeminalium uaſorum uirtutis fiunt. Tenſo uero quodãmodo pudendo,

Ceręæ.

Atretæ.

Priapiſm.

Gonorrhoea.

quaſi cũ cõuulſioni quid ſimile inſtrumẽta patiunt̃ eueniunt. Non eſt igit̃ quod de eiuſmodi ſymptomatis pluribus diſſeramus, Sed cõuerſi ad reliquũ eorum genus, quod nec ipſum multa uerba requirit, propter ea quæ iam dicta de ſuccedentibus ſibi ſymptomatis ſunt, iam opus hoc loco finiemus.

Colorum corporis cauſæ.

Ergo colores mutabuntur (ut generatim dicam) uel ſuccorum occaſiõe, qui a naturali ſpecie receſſerunt, uel qui in altum corpus ſunt reuerſi, uel cutem ueluti perfuderunt. Membratim uero, propter cauſas quæ ſuccos ad tales tum motus, tum affectus impellunt. Sunt porro hæ tum animi perturbationes, tum ambiẽtis nos aeris in calorem et frigus mutationes, tum ipſius corporis affectus, cui ſanguis uel calidior ſit, uel frigidior, uel partior, uel uberior, uel foras protruſus, uel intro retractus. Huius ſane generis eſt, omnis uicioſus ſuccus, qui ſua ſpecie etiam totius corporis colorem alterat, ut in morbo regio, et hydericis, et elephantia, et ſplenis, et iecinoris imbecillitate. Exiſtit autem ad portionem et in quaq; particula, coloris mutatio.

Figure naturales mutandæ cauſæ.

Figuræ uero naturales mutabunt̃, particulis uel immodice refertis, uel inanitis, uel a ꝓprio loco tranſlatis, uel conuulſis. Cauſæ uero cuiuſq; horum, plures ſunt, quas etiam meminiſſe difficile non eſt ſi cui ſuperiora non negligenter ſunt perlecta. Ad eundem modum nec graueolentiæ aut molliciei, aut duriciei, aliorū ue his ſimilium cauſas inuenire operoſum eſt, ei qui ad ſupradictorum exempla ꝓcedet. Quinimo iam dictę a me ſunt in fine libri, qui de ſymptomatum differentijs inſcribitur, quo minus opus eſt de ijs nunc ſimus prolixi. Sed hoc loco opus de ſymptomatum cauſis finiamus. Illud tantiſper adijcientes quod in libro de ſymptomatum differentijs huc docendum diſtulimus, Quænam ſymptomata neceſſario ſibi ſuccedant, quæ non neceſſario. Quod ipſum quoq; non longa mihi diſputatione uidetur indigere, ſed ſatis erit ſub unico exemplo methodo indicata, a particularium multitudine fugiſſe. Cenſeo igitur quod prouenit, unica ne ex cauſa fiat conſyderes, an ex pluribus. Si enim ab unica, neceſſario efficienti ſuccedit. Sin quo fiat pluribus eget, non neceſſario. Atq; hęc quidem in omni re communis eſt methodus. Ad hunc igitur modum in ſymptomatis eſtimationem inibis. Quippe ſi ſymptoma ab unico fiat, neceſſario illi ſuccedit. Sin ad ſecundi ſymptomatis generationem, alię quæpiam cauſæ concurrant, minime neceſſario priori ſuccedet. Non enim ſi quis male concoxit, neceſſe eſt ſpirituoſum flatū ſequi.

Quæ ſymptomata neceſſario ſibi ſuccedant, quæ non neceſſario.

Methodus.

Cardialgia.

ſequi. Sicuti nec morſum, nec humidam multamue aut contrariam deiectionem, aut inappetentiam, aut intenſam appetentiam, aut pigriciam ad actiones, aut intelligentiæ tarditatem, aut capitis grauitatem, aut uigiliam aut cardialgian .i. oris uentris dolorem. Multoq; minus aut epilepſian aut amētiam aut extaſin aut coma. Sed nec mæſticiam ullā, neq; aliā quālibet, nec multo minus melācholicam. Præterea nec plenioris inteſtini, uel renum, uel lienis, uel iecinoris, uel pectoris, uel articulorū dolores. Aeq; ut nec inæqualitatem, aut horrorem, aut rigorem, aut febrim. Quanq̄ tum horum tum reliquorum ferme omnium ſymptomatum, nullum eſt quod non aliquo tempore in ijs qui male concoxerunt appareat. Imo pro cruditatis magnitudine, ac differentia, præterea naturæ hominis facili ſenſu, ſingularumq; corporis particularum robore, aut imbecillitate, alias aliud ſymptoma gignetur. Quippe magna cruditas, et maiora, et plura ſymptomata creat. Parua contra, pauciora minoraq;. Iam uero eorum quæ male concocta ſunt differētiæ, quæ q̄dem ad frigidum et pituitoſum ſunt conuerſæ, aliorum ſymptomatum ſunt cauſæ, Quæ ad fumoſum et calidum, aliorum. Ad eūdem modum et quæ mordent uel quę non mordent,

[illegible] dolores
ſimilares cum [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible]

dent, et quæ in halituoſum ſpiritum ſolutę ſũt aut non ſolutę. Sed et hominis natura (ut dictum eſt) ad ſymptomatũ generationem tum facit, tũ repugnat. Verbi gratia. Quibus hebetis ſenſus uentriculus eſt, ij nec uehemẽter mordentur, nec dolent, nec multa excernunt, ſed nec cardialgia laborant, nec facile capite infeſtantur. Quibus boni eſt ſenſus, ijs omnia ex facili ſuperueniũt. Superno principio ſymptomata immittente. Quid dicam, ſingulis qui cruditate laborant, eam partem maxime nocumentum ſentire, quæ maxime eſt imbecilla? proinde dicendum non eſt, ſymptoma ullum neceſſario cruditatem ſequi. At uero actionis digerendi in corpus alimenti, ſiue priuatio, ſiue imbecillitas, atrophian neceſſario inducit. Sicuti etiam alteratricis in quaque particula uirtutis noxa. Iam ſeparationis excrementorum a ſanguine fruſtratio, quæ ſeparatricis actionis eſt ſymptoma, neceſſario coloris ſymptomata inducit. Vocaturque alterum eorum morbus regius. Alterum quod melancholico excremento ſuccedit, ſine nomine eſt. Simili modo in omni ſymptomatis genere, et quæ ſemper ſibi ſuccedant inuenies, et quæ non ſemper. Ego uero longitudini parcens, hic libro finem imponam.

Impress. Londini in ædibus Pynsonianis. An. Christi. 1524. cum priuilegio a rege indulto

MVSEVM BRITANNICVM

Ad lapidem [illegible] et vesica frangendum.

[illegible] Floris calcatrapae et radices petroselini in vino bullitis [illegible] et in tenuissimum pulverem redactis et [illegible] in vino albo mane et sero [illegible] lapidem [illegible] vesica [illegible]

Carnis [illegible] [illegible] ossa [illegible] [illegible] et [illegible] sanat [illegible]

χυανου floris aqua destillata [illegible] cochlearis mensura per quindecim dies mane et sero pota [illegible] Ao. 1530 [illegible]

Ad podagram. Teriaca cum vino rubro valet loco [illegible] applicata [illegible] Item valet [illegible] [illegible]

[illegible] inter legem nature et legem fidei [illegible]
prima facie apparet eo quod non est [illegible]
q[uod] lex nature fidei dicat inimicos sunt [illegible]
quam Christus pro impiis mortuus est Romanos 5. et [illegible]
15: ego elegi vos et vos non elegistis me [illegible]
prior dilexi vos. et Romanos 5 charitatem maiorem [illegible]
habet quis quam ut animam suam deponat pro amicis [illegible]
et diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt [illegible]
lex nature dicit: in quos sunt impios [illegible]
habet et Deus peccatores non [illegible] [illegible]
bis inimicos suos [illegible] [illegible]
et Sapientie 14: Odio autem sunt deo impius
et impietas eius. sed hec lex non pro [illegible]
[illegible] sancte sed [illegible] fidei data est [illegible]
nature [illegible] lege [illegible] lege que sunt
[illegible] lege [illegible] perfectior et [illegible]
[illegible] [illegible] sed [illegible] Deum [illegible]
diligere [illegible] ita dilexit vos [illegible] ipse
[illegible] diligere [illegible] suos et inimicos suos [illegible]
suos diligit eos.

Ad podagram faciendum folia [illegible] [illegible] et posita [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] ad eandem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] composita [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 1545.